¶ Cum autem peruenerit annus ad septimum ab ascendente secte ꝛ fuerit dominus septimi infortunatus illud significat descensionem: ꝛ si fuerit infortuna significator gentis ꝛ fuerit descensio ad discidium inter eos erunt ipsi destructores sue vicis ꝛ descensiones in ea: deinde reparabitur esse eorum in illo. ¶ Et si fuerit permutatio almamari in aliquo annorum: ꝛ non fuerit ex annis permutationem secte significantibus caueat ad ascendente permutationis almamari in qua fuit secta cum permutatione secunda. ¶ Et si fuerit permutatio almamari superioris permutationis regni excusaberis cum ascendente almamari primi quoniam permutatio secunda facta est ei initium: sed permutatio vicis ꝛ regni in vno populo ex vna generatione ad aliam generationem erit hoc cum dominatur reuolutioni ad aliquam quartarum. Cum significauerit coniunctio permutationis ꝛ fuerit in signo duum

gno duum corporum: ꝛ ascendens similiter significat ꝙ mutatio erit quando perueniet annus cum directione ad locum coniunctionis: ꝛ si non fuerit in illa hora erit in coniunctione secunda: ꝛ cum fuerit coniunctio in principio signi: erit permutatio in coniunctione tertia: ꝛ si fuerit in medio eius erit illud in coniunctione secunda: ꝛ si fuerit illud in fine eius erit illud in coniunctione prima. Et considera iterũ in partem regni si ceciderit in principijs signorum ciues illius secte interficere se ad inuicem significat: ꝛ si ceciderit in medijs eorum significat ꝙ regnum eorum durabit: ꝛ si in finibus eorum ceciderit significat ꝙ gentes exibunt contra eos ex alia secta querentes regnum. ¶ Et si volueris scire qualitatem gentium ad quas permutabitur vicissitudo considera partem regni cum quo planetarum pulsetur: scias ꝙ ipsum regnum permutabitur ad gentes quarum ipse planeta pulsus ab ea significator extiterit vel erit. Postq̃ itaq; explicauimus illud quod exponere volumus. Compleamus igitur amminiculo dei differentiam primam.

¶ Differentia secunda tractatus secundi in qualitate scientie ad quam partem permutabitur vicissitudo ꝛ loca ciuitatum regum eorum.



T cum iam premiserimus in differentia prima causam vel occasionem facientem permutare vicissitudinez ad ciues alterius secte ꝛ permutare eam de gente ad gentem ciuium illius secte. Narremus nunc partes ad quas permutatur vicissituddo ꝛ loca ciuitatum in eis existentium. ¶ Scientia vero qualitatis cognitionis qualiter adinueniatur; est vt consideres partem regni cuius rememorationem in differentia quarta primi tractatus premisimus que si fuerit in parte orientis erit ꝑmutatio ad ꝑtē illaz: ꝛ si fuerit in parte ocidentis erit ꝑmutatio ad eam: ꝛ si fuerit in angulo terre erit permutatio ad partem septentrionis vt est extremitas terre latinorum: ꝛ si fuerit in medio celi erit permutatio ad partem meridiei: ꝛ si fuerit inter istos angulos proportionabitur permutatio ad partem que fuerit propinquior vni duorum angulorum quisquis fuerit. ¶ Et si qualitatem scientie locorum ciuitatum eorum scire volueris considera descensum dñi partis regni in circulo qui si fuerit in medio celi erit in medio climatum: ꝛ si fuerit remotus remouentur ciuitates eoꝝ ab illo termino ſm ꝙ est locus eius ab oriente meridie ꝛ occidente ꝛ septentrione aut ciuitates eoruz erunt inter hec. i. in illa parte: ꝛ si fuerit signũ aquaticuz erunt eorum ciuitates super litora ꝛ super flumina magna. Et oportet vt consideres in reuolutione annorum in quibus acciderit vt aliquis planetarũ sit in gradu exaltationis sue: ꝛ ☽ iuncta ei nam cum res se habuerit ſm hoc significat apparentiam nature illius planete in toto mundo: precipue si fuerit dominus anni: ꝛ fortasse transportabit habitationes regum ad climata quarum significator existit. Post igitur iam explicauimus quod exponere volumus: perficiamus itaq; auxiliante deo differentiam secundam secundi tractatus.

¶ Differentia tertia secundi tractatus qualiter scitur quantitas more vicis in ciuibus secte conuerse ad eos: ꝛ qualiter sciatur fortitudo eorum: necnõ ꝛ debilitas eorum: ꝛ numerus regũ eoꝝ: ꝛ quid facient ciues regni conuersi ad eos cum ciuibus regni ablati eis.



T cum sit magnum necessarium vt si consequẽs ad hoc quod premisimus in differentia secunda de cognitione partium ad quas permutatur vicissitudo ꝛ loca suarum qualitatum: ꝛ qualitas sci-

entie illius est vt consideres locum partis regni ab ascendente permutationis con-iunctionis significantis eorum vicissitudinem. Quod si fuerit in angulo & dominus eius in angulo significat mora in eorum fore secundum quantitatem temporum reuolutionis magne que est .960. anni solares. Et si fuerit pars remota ab angulo & dominus eius in angulo fuerit: significat quod mora eorum erit secundum quantitatem reuolutionis medie que est .240. anni solares. Et si fuerint ambo cadentes ab angulis nõ aspicientes ambo ascendens significat illud quod mora eorũ erit secundum quantitatem ipsorum reuolutionis minoris que est .20. anni solares: & forsan addetur mora eorum super ista in triplicitatem de constantia vicis & remotione eius. ¶ Et etiam scientia temporum quantitatis more eorum extrahitur ex alia parte scilicet vt consideres coniunctionem & loca almubtez ex planetis & ☽ tentricumis. Et si fuerint descendentes in angulo significant quod tempora quãtitatis more eorum erunt etiam secundum quãtitatem temporis diuisionis magne: & si fuerit inter ea que sequentur angulos significant diuisionem medie: & si fuerint remoti ab angulis significant minorem. Et aliquando extrahitur scientia illius ex parte descensus coniunctionis & domini eius ex diuisionibus circularibus. Quod si fuerit coniunctio significans vicissitudinem & dominus eius in angulis saluus a nocumentis boniq; descensus in circulo non infortunatus tunc hoc significat fortitudinem ciuium vicis illius & apparitionem eorum & augmentum & additionem rerum eorum & longitudinem & diuturnitatem temporum eorum more. Et si fuerit coniunctio & dominus eius in angulis infortunij aut in angulis planetarum retrogradantium cadentium: tunc illud significat breuitatem more eorum & remotionem vicis eorum & mortem eorum: & plus apparebunt iste significationes in regionibus quarum signum illius coniunctionis erit significatiuum. ¶ Scientia autem numeri regum eorum erit secundum quantitatem numeri qui est inter partem regni & dominum eius cum planetis qui sunt inter vtrũq; & si fuerit quidam planetarum in signo duum corporum duplicabit numerũ illũ. ¶ Et aliquando scitur quantitas illius numeri ex parte ascensionum signi partis: aut ex parte annorum positorum domino partis: & erit quantitas illius numeri secundum quod exigit pars & dominus eius ex longitudine temporum more eorum & mediocritate eorum aut breuitate eorum. ¶ Sed scientia illius ex parte reuolutionis minoris ex parte etiam ascensionum signorum erit ex parte reuolutionis medie: ex parte autem annorum planetis tributorum erit: ex parte etiam reuolutionis magne: & additur etiam super illud quod planetis attribuitur ex magnis annis eis attributuris reuolutio eorum parua quando ipse planeta erit reuolutionis dominus & dominus signi profectionis. ¶ Scientia vero qualiter ciues secte conuerse habeant cum ciuibus secte ab eis remote extrahitur ex parte domini partis regni qui si aspiciat significatorem secte prime ex figura fortunata sicut triplicitas & sextilitas saluantur ab horribilibus & si aspexerit ex infortunata figura sicut quadratura & oppositione significat quod bella current inter eos & sanguinis effusio: precipue si fuerit ibi ♂ in aliquo angulorum fortitudo: quoniam hoc fortitudinem & vehementiam eius in illo protendit. Et quia deo annuente iam explicauimus quod exponere volumus: cõpleamus igitur secundi tractatus differentiam tertiam.

¶ Differentia quarta in qualitate scientie de natiuitatibus regum ciuium illius secte secundum descensionem indiuiduorum in ascendente permutationis coniunctionis in triplicitatibus: & qualiter scitur illud ex parte natiuitatum eorum: & quando erit

illud: ⁊ quātitatem occasionis eorum cum eleuantur: ⁊ summe que ex qualitate nature eorum sunt ex parte descensus quorundam indiuiduorum ⁊ cōplexione eoꝝ: ⁊ in diuisionibus circularibus ex parte duaꝝ partium illud significantium ⁊ alioꝝ.



Narremus itaqꝫ in hac differentia qualiter natiuitates reguꝫ ciuiuꝫ illius secte inueniant ex parte descensus indiuiduorum que sunt permutationis coniunctionis in triplicitatibus ex parte natiuitatum eorum ⁊ tempus illius quando ciuitatis ⁊ cetera que determinamus in hac differentia. Dicamus ergo ꝙ cum fuerit pars ascendentis eius qui nascitur ex gente illorum ad quos permutatur regnum: sicut pars ascendentis permutationis almamari: aut partes due luminarium: ⁊ precipue illius cuius est alnauba: aut pars ♄: aut ♃: aut eius ascendens fuerit angulus ex angulis loci significatoris aut aliquorum significatorum cuꝫ cōmunicauerint in significatione duo planete: significat regnum eius ⁊ esse eius ⁊ fortitudinem eius: ⁊ hoc erit s̄m signum ⁊ dominum eius apud permutationem triplicitatis. Et si fuerit eius ascendens signum medij celi ⁊ dominus eius fortis orientalis habens in signo dominium significat ꝙ ipse erit rex famosus ⁊ gloriosus ⁊ exaltatus ⁊ potens ⁊ vincens inimicos ⁊ nocens eis ⁊ superans multas suorum inimicorum ciuitates ⁊ eorum reges. Si vero res fuerit s̄m contrariuꝫ illius quod diximus erit res s̄m ꝙ accidit ex parte signi quod erit ascendens in radice aut occasus domini eius ⁊ erit sermo illo s̄m quantitatem fortitudinis signi ⁊ domini eius: ⁊ s̄m ꝙ planete aspiciunt illud in radice aut debitationis. ¶ Si autem quantitatē scientie huius scire volueris ex parte natiuitatuꝫ eoruꝫ considera ascendentia multorum natorum scilicet illorum qui sunt de parentela regum: si fuerit ☉ in domo sua aut exaltatione aut in medio celi aut in aliquo anguloruꝫ ⁊ continuentur ei domini ascendentium ex locis fortunatis: ⁊ ipsi fuerint recepti ⁊ precipue ⁊ aliquo angulorum regnabunt: ⁊ si non fuerit ☉ s̄m hanc dispositionem ⁊ fuerit debilis: considerabis ♄ qui si fuerit s̄m dispositionem quam diximus de ☉ regnabunt etiam: ꝙ si fuerit debilis ⁊ non fuerit inter ascendentium dominos ⁊ ☉ continuatio: considerabis dominos medij celi: ⁊ si fuerint s̄m dispositionem quaꝫ diximus de dominis ascendentium scilicet ꝙ continuantur ☉ aut ♄ regnabunt. Et si fuerit ☽ in nocte in parte sue exaltationis significat natiuitatem regum: ⁊ presertim si fuerit in medio celi: ⁊ cum ☽ conuertitur a nodo ⁊ continuatur planete orientali in medio celi aut in numero exaltationis sue significat natiuitates regum: ⁊ quando ☽ fuerit in exaltatione planete ⁊ ille planeta fuerit in exaltatione ☽ ⁊ continuetur ei ☽ significat natiuitates regum. ¶ Et quando fuerint stelle fixe habentes quantitatem primam ⁊ secundam in gradu ascendentis: aut in gradu medij celi significat natiuitates regum. ¶ Et quando fuerint luminaria industoria planetarum significat natiuitates regum. Et si fuerint due fortune in duobus gradibus exaltationis earum ⁊ fuerint in medio celi aut ascendente: ⁊ presertim si fuerit altera earum domina partis fortune significant natiuitates regum. Et quando fuerit planeta climatis sicut ♄ in die ♃ babilonie ⁊ ♂ thurthie ⁊ ☉ gregie vel romanorum ⁊ ♀ arabie ⁊ ☿ egipti ⁊ ☽ assur ⁊ dominus medij celi in ascendentibus natiuitatum ⁊ continuauerit se domino ascendentis ⁊ fuerit ipsa in sua exaltatione orientalis: significat ꝙ natus imperabit illud clima. ¶ Et cum fuerit dominus medij celi ⁊ ☽ ⁊ pars fortune fortunati ⁊ domini eorum in ornatu suo signifi

cant regem magnum. Et quando fuerit luminare maius in medio ascendentis ♌ et fuerit ☽ in medio ascendentis ♉ aut ♋ significat natiuitates regum. Et quando fuerint luminaria in natiuitatibus in gradu exaltationis eorū et fuerit ☽ in suo ornatu significāt natiuitates regum. ¶ Quod si volueris scire tempus illius postq̄ apparuerint significationes et cause quibus regnum consequitur considerabis dominos ascendentium qui si continuantur alicui trium quos prediximus qui sunt ☉ ♄ et dominus medij celi: et fuerit eorum cōtinuatio propinqua: tunc ipsi regnabunt in principijs temporum suorum et quanto fuerit continuatio ꝓpinquior tanto velocius regnabunt. Si autem domini ascendentium cōtinuentur planetis alijs q̄ tribus quos prediximus et non fuerint illi planete continuati ☉ neq; ♄ neq; domino medij celi erit illud in medietate temporum suorum: et precipue si fuerit inter eos vnus planeta et si fuerit inter eos et ♄ duo planete erit in finibus temporum suorum. Et cum peruenerit directio alicuius eorum ab ascendente natiuitatis sue ad signum ex signis super illud significantibus: et precipue signum medij celi et conueniat vt sit profectio ab ascendente secte ad illud signum significat preceptum ad natum conuerti in illa hora si iam peruenerit ad etatem qua possit eleuari. ¶ Et si volueris scire quis eorum prius regnabit: considera cuius ascendentis dominus erit ꝓpinquioris continuationis: ipse est qui prius regnabit: deinde qui prius post ipsum in continuatione. Cumq; obligauerit alicui eorum et nō fuerit ascendens obligationis quam obligauerit aliquis angulorum vicis regnum eorum significantiū non complebitur illud ei. ¶ Quod si scire volueris tempus annorum quando eleuabitur considera dominum partis regni qui si fuerit parti regni iunctus significat illud super complementum eius: et si fuerit in quadratura sua significat super senectutem eius illud fieri. Et si fuerit in oppositione sua significat super senium eius. ¶ Quod si scire volueris qualitatem esse eius et nature eius ex parte descensus quorundam indiuiduorum et complexione eorum in diuisionibus circularibus considera partis prime dominum qui est ♄ qui si fuerit receptus saluus a nocumentis et infortunijs et aspexerit eam hoc quidem significat prosperū esse surgentis et eius bonum et equum cum prosperitate esse plebis et bonitate subiectionis eius: et similiter si fuerit ♄ in loco fortunato: sed si nō fuerit receptus aut fuerit in loco sibi aduerso significat illud crudelitatem eius: et si fuerit dominus eius destructus significat q̄ destruet plebem suam et eā odio habebit et aggrauabit eos. Et quādo fuerit dominus eius iunctus in fortitudine in hora ascendentis eleuationē eius significantis hoc significat ꝓsperitatem eius esse in exordio rerū suarum et prauū finem et destructionem eius. Quod si obsessus fuerit inter fortunam et infortunam et fuerit ante eum fortuna et infortuna post eum significat destructionem in medio suarum rerum: et prosperitatem in fine earum: et si fuerit domus sue dominus iunctus ei non ab oppositione: plebis obedientiam ei prosperam significat: et si fuerit separatus ab eo significat q̄ ille rex laudabit bonum et extollet ipsum et ꝓmittet eum cum paucitate complementi eius: et si ab eo separatus fuerit apud oppositionem significat illud q̄ parum sue plebi confert. Et quando dominus domus ♄ fuerit iunctus ei significat q̄ apparebit fortitudo super plebem suam et ipsum habere de inimicis triumphum: et si fuerit ab eo conuersus significat debilitatem eius et fortitudinem inimicorū eius super eum. q̄ si fuerit cum eo in signo et continuatio eius fuerit cum alio non cum suo signo: deinde continuetur cum ♄ prius q̄ a suo exiet signo

signo significat multitudinem in eum insurgentium de domo sua: et ipsum ex eis in currere oppressionem: sed de eis triumphum habere. Quod non continuatur prius quam a suo signo egrediatur cum ♄ erit hoc nocibilius ad hoc: et timendum est ei ne regnum et potestas sua auferatur. Et quando dederit vel dominus pulsauerit septimi ♄ dispositionem planetis sub radijs destructionem inimicorum suorum per manus alterius perpendit. Quod si fuerit planeta cui datur exiens de sub radijs erit hoc vehementius inimicis licet cum paucitate eorum: nisi planeta ille continuetur orien tali planete in bono loco. Nam si res illa ita se habuerit significat multitudinem earum: quod et inceptio rerum earum erit ex parte orientis exitum dederit dominus septimi saturni et ei ex sextili aut trino aspectu significat paucitatem inimicorum eius: et noluerint cum eo et quod indigebunt eo inimici eius et in tranquillitate habebit eos: et quando fuerit domus septimi saturni et dederit ei planeta regimen significat multitudinem contra eum insurgentium et vincentium eum cum multitudine eorum: et quod allicient plures ministrorum surgentium: vnde timebitur ei mors. Et quando fuerit dominus septimi saturni alterum luminarium aut dominus .10. significat quod ipsi insurgentes et litigantes contra eum erunt gentes de ciuibus domus sue: et quando fuerit saturnus in reuolutionibus diurnis in sua exaltatione considerer iouem signabit et populabit terram: et vincent inimicos suos. ¶ Et aliquando significatur super illud etiam ex parte partis domini regni: nam si fuerit in triplicitate saturni aut sextilitate sua aut aliquis eorum receperit dominum suum significat quod diligetur a plebe in illa hora. ¶ Et quando accipitur significatio super hoc per situm planetarum quod est cum fuerit iupiter supereminens soli aut lune aut ascendens ex signo regali et precipue si fuerit conuersiuum in reuolutione eleuationem eius significante significat quod aggregabit pecunias et diliget eas: et illud si fuerit duum corporum erit ad hoc sollicitior et studiosior super hoc vt congreget: et si fuerit ex fixis significat constantiam eius et diurnitatem et fortitudinem et famam imperij et diu possedere regnum. Et si iupiter fuerit cadens ab aspectu luminarium duorum et ascendentis erit ille non proficiens cum breuitate more eius. Et cum fuerit iupiter in reuolutione anni in quo eleuatur sub radij significat quod amat congregare pecunias et cum hoc si continuatur ei mars aut sol erit cum illa congregatione dispendens eas et precipue si fuerit in septimo et cum fuerit iupiter remotus et mars ei continuetur significat quod disperget pecunias recte et non recte cum vilipendet eas: et si fuerit iupiter cum hoc in domo sua significat quod expendet eas in rebus ex quibus vtilitas redditur plebi: et cum fuerit iupiter in loco sibi conuenienti in loco forti ab ascendente saluus ab infortunijs significat quod congregabit pecunias et queret eas: et si fuerit contra significat eorum dispersionem: et cum fuerit mars in bono laudabili loco et ipse in domo iouis et iupiter in domo sua: hoc erit significans strennuitatem eius: et obedientiam ciuium regni sui et tenebit eos: et bonam habere famam et erit potens super suos inimicos et super terras suas: et precipue si fuerit reuolutio in die aut sol eum aspiciat ab angulo aut ab aliquo locorum laudabili. Et similiter quando mars in nocte fuerit in domo sua aut in domo exaltationis sue aut in domo iouis in aspectu eius significat gloriam eius et magnam famam et magnam largitatem. ¶ Et si mars iunctus fuerit parti fortune significat quod in effusione sanguinum interfectione procerum delectabitur: et quod arma et itinera diliget nimium. ¶ Quod si caput fortunijs iungatur in ascendente reuolutionis anni eleuationem eius significantis si

gnificat eius potentiam ⁊ fortitudinem super omnes principes ⁊ plebem: ⁊ cum
sol continuauerit in eleuantis eleuationem marti ⁊ fuerit vacuus cursu non aspi-
ciens saturnum significat contra eum insultum militum qui fortiter eũ destruent
⁊ defraudent cum multitudine insurgentium ⁊ diminutionem suorum extremo-
rum cum vehementi tristitia. Quod si mars continuauerit se saturno: significat mi-
lites quiescere ⁊ ipsos ei obedire: ⁊ debilitatem insurgentium ⁊ paucitatem more
eorum presertim si saturnus fuerit mundus in domo sua: ⁊ si sol ioui continuetur ⁊
nullo aspiciat saturnum aspectu significat insurgentium in eum multitudinẽ pre-
cipue de sua plebe ⁊ de hominibus domus sue: ⁊ incurret ex hoc merito rancorem.
¶ Quod si iupiter aspexerit saturnum significat illud quietitudinem illius ⁊ rerũ
eius rectificationem ⁊ insurgentium debilitatem: ⁊ ꝙ ipsos vincet ⁊ precipue si sa-
turnus fuerit mundus in domo sua. Quod si sol cõtinuetur saturno significat eua-
sionem eleuantis: ⁊ ꝙ erit fortis ⁊ vincet: ⁊ p̄sertim significabit hoc cũ fuerit mun-
dus ab infortunijs: ⁊ si sol separetur a ioue ⁊ continuetur marti: deinde continue-
tur saturno priusq̃ʒ a loco suo in quo fuerit exeat significat ꝙ exibit aliquis contra
eum de hominibus domus sue: ⁊ de eis qui sunt vel ordine vel dignitate ei equa-
les ⁊ consequetur ex hoc menti rancorem demum superabit eum: ⁊ presertim si sa-
turnus fuerit fortunatus in domo sua: ꝙ si non continuetur sol saturno priusq̃ʒ a
loco suo in quo fuerit exeat significat multitudinem insurgentium ⁊ oppositionem
eius quod eueniet ei ex eis ⁊ timorem super regnum suum. ¶ Quod si mars a ioue
separetur ⁊ saturno continuetur exit contra eum aliquis de ciuibus domus plane-
te qui sibi ascribit ⁊ videtur si cõtinuetur saturno humiliabitur postea ⁊ ei obediet.
¶ Quod si mars a saturno separetur ⁊ ioui continuetur significat ꝙ ipse mutabit
quosdam domus sue: ⁊ ob hoc insurgent in eum ⁊ nascentur super eum. ¶ Quod
si cõtinuetur iupiter saturno ipse vincet ⁊ presertim si fuerit in domo sua mundus:
⁊ si cursus iouis euacuatur ⁊ saluus fuerit ab infortunijs ĩ lumine suiipsius exiens
sit fortis ⁊ esse eius corroboratur ⁊ cum fuerit aliquis planetarum in septimo ab
ascendente in sua exaltatione significat crudelitatem regi super plebem suaʒ: ⁊ esse
eorum fore malum in tempore eius ⁊ si fuerit in septimo in descensu suo eum debi-
lem esse significat ⁊ plebis esse bonum ⁊ fortitudinem eorum protendit. Et oportet
etiam vt consideres decimum ab ascendente ⁊.10.a sole. ¶ Quod si fuerit in signis
fixis ⁊ fortunatus in eis significat illud fortunam eius ⁊ bonitatem ⁊ diurnitatem
eius ⁊ si fuerint planete in his duobus locis in suis exaltatiõibus. aut fuerint septẽ-
trionalis latitudinis addentes in cursu erit melius ad hoc: ⁊ cum fuerit dominus
quarti aut septimi in ascẽdente aut in medio celi significat illud ꝙ inimici eius obe-
dient. ¶ Et si fuerit dominus ascendentis aut dominus medij celi in quarto aut
septimo significat ꝙ ipse obediet inimicis suis. Et considera etiam partem regni
que si fuerit in termino fortunato significat ꝙ exercet iustitiã: ⁊ si fuerit in termino
infortunato significat ꝙ exercet iustitiaʒ: ⁊ si fuerit dominus partis regni separatus
a domino domus sue significat ꝙ disperget substantiam: ⁊ si fuerit dominus eius
continuatus ei significat ꝙ congregabit: ⁊ si non aspexerit significat ꝙ non erit ali-
cuius qualitatis census apud ipm̃ neq̃ʒ precij. ¶ Sed qualitas scientie nature eius
est ex parte duarum partium super illud significantium in duas domos cadentiuʒ
vnius planete que sunt vt accipiantur in hora eleuationis sue gradus qui sunt a so-
le vsq̃ʒ ad.15.gradus leonis ⁊ proijciatur a luna ⁊ quo peruenerit ibi est pars pu-

ma: deinde accipiatur a luna vsq; ad. 15. gradus cancri: & proijciatur a sole & quo peruenerit ibi est pars secunda. ¶ Quod si ceciderit in duabus domibus saturni significat illud quod vtetur fabrica & fodere cannales & flumina & habitationibus & his similibus. Et si ceciderit in duabus domibus iouis: vtetur iudicio & iustitia. Et si ceciderit in duabus martis domibus significat illud quod vtetur bellis & armis. Et si ceciderit in duabus domibus veneris significat illud quod vtetur rebus veneris sicut cantus & ludibria & his similia. Et si ceciderit in duabus domibus mercurij significat quod vtetur consideratione in rebus poetaticorum & computationis & scientiaru3 & scripture & his similia. Et est necessarium plus vt addatur duarum partium significationi significatio significatoris eleuantis quod est vt consideres coniunctionem significantem nouam sectam aut regni vicissitudinē & dominum signi ad quod annus peruenit: & pone primum significatorem huic rei sufficientem: & pone illu3 qui sequitur eum in circulo significatoris eleuantis secundi secundum partem ordinis dominorum horarum deinde comitare facias significatorem planete significantis super eleuantem duaru3 partium significationi & annuente deo loquere secundum ipsu3: verbi gratia: de hoc annus in quo fuit cōiunctio sectas significans ad geminos peruenit & fuit significator mercurius dominus signi profectionis quod est gemini & significator albubeluri luna que sequitur mercurium in ordine & secundum hanc partem fuit dispositio in illo quoq; peruenit ad buhabem & fuit significator luna deinde operaberis hoc idem secundum hunc modum in futuro. Et quia auxiliante deo explicauimus quod exponere voluimus differentiam itaq; quartam compleamus.

¶ Differentia quinta tractatus secundi in qualitate scientie more eorum.



Scito quod scientie qualiter extrahatur eorum mora consideratio diuiditur in duas diuisiones quarum vna est ex parte reuolutionum annorum mundi & secunda est ex parte eleuationis eorum. Consideratio autem ex parte annorum mundi & coniunctionum est vt consideres reuolutionem anni mundi in quo eleuauit se eleuans: deinde considera saturnum quod si fuerit in domo sua tunc scientia quantitatis vite eleuantis extrahitur a quinq; locis: quorum vnus est quod est inter saturnum & ascendens ex quantitate numeri graduum omnibus. 30. gradibus annum & secundus secundum quod est inter ascendens coniunctionis vsq; ad locum coniunctionis ex quātitate numeri graduum: & quintus vsq; ad complementu3 illius coniunctionis. Et si fuerit saturnus in aliqua domorum suarum: & iam transierit quinq; gradus vsq; ad complementum. 15. graduum timebitur super eum in duabus horis quarum vna erit annus in qua fuerit coniunctio: & secunda secundum quantitatem eius quod est inter ascendens coniunctionis vsq; ad locum coniunctionis vnicuiq; signo annum: & habebit duas horas etiam quarum vna est peruentio eius ad annos coniunctionis qui sunt. 20. anni: & secunda est peruentio eius ad etatem secte que habet. 125. annos: & scitur quod illud erit ex profectione ascendentis reuolutionis vnicuiq; signo annus vsq; ad angulos coniunctionis: aut triplicitatum eius: aut cum peruenerit reuolutio ad infortunas: aut ad angulos eoru3. Et si fuerit saturnus in domo aliqua suarum sicut prediximus: & fuerit in vno minuto vsq; ad. 5. gradus completos aut. 15. vsq;. 30. gradus completos: hoc quidem significat breuitatem temporis eleuantis. ¶ Et scientia hore illius extrahitur ex quantitate eius quod perambulauit in signo & quantitate residui vt ponatur vni

cuiq; gradui annus & omnibus.5.minutis mensis & omnibus.12. secundis vnus dies: & adiuuabimus cum hoc per profectionem reuolutionis ab anno coniunctionis vsq; ad angulos infortunarum vnicuiq; signo annus. Et considera si fuerit saturnus in domo planetarum superiorũ & ipse & dominus domus sue fuerit in aliquo angulorum computa a domino domus sue ad eum per gradus equales omnibus.30.gradibus annum: & omnibus duobus gradibus & dimidio mensem & omnibus.5.minutis diem: & quod aggregatur ex hoc ipsum est quantitas vite. quod si fuerit saturnus & dominus eius in hoc quod sequitur angulos accipiatur a domino domus sue vsq; ad eum & fiat sicut prius factum est. Et si fuerit aliquis illorum in angulo: aut in eo qui sequitur angulum: & alius remotus computetur ab eo qui est in angulo vsq; ad remotũ ab angulo & sciatur hora secundum quod premisimus. quod si fuerit inter saturnum & dominum domus eius minus.30. gradibus pones vnicuiq; gradui mensem: & omnibus duobus minutis diem. Nam secundum quantitatem istius erit quantitas more. Et si fuerit inter eos plus.30.minuatur illud ex.360. gradibus: & quod remanserit post diminutionẽ detur vnicuiq; gradui mensis & omnibus duobus minutis diem & quod fuerit est quantitas more. ¶ Et si saturnus fuerit in aliqua domorum planetarum inferiorum aut lune & aspexerint eum facies scilicet domini domorum eius facies in hoc vt factum est de primo. Quod est vt aspicias de planetis inferioribus illum qui fuerit in angulo vsq; ad planetam in sequenti angulo & ad planetã q fuerit ĩ seqñti angulo vsq; ad planetã ab ãgulo remotũ: & dabis oĩbus.30.gradibus annũ secundum quod premisimus in capitulo primo & si nõ aspexerit saturnũ minuatur ex gradibus q sunt inter eos medietas: & accipit oĩbus.30.gradibus ex medietate annus & inchoatur a debiliori loco numerare vsq; ad fortiorem: & si equantur in fortitudine locali numerabitur vsq; ad illum qui fuerit ex eis in ornatu suo: & si fuerit dominus domus eius ipsum recipiens non ascendet super eum: & erit quantitas more vsq; ad horam coniunctionis: & habet aliam horam que est vt des singulis.30.gradibus annum & duobus minutis mensẽ si fuerit inter eos minus.30. & si fuerit plus.30.minuatur illud de.360. & operetur cum eo sicut prius operatum est: & quod fuerit ipsum erit quantitas vite. ¶ Et si fuerit reuolutio nocturna accipiatur a saturno vsq; ad luminare maius & operetur cum eo queadmodum prius operatum est: & quicquid inde peruenerit ipsum est quantitas more. Quod si saturnus in his dispositionibus fuerit receptus: & fuerit in signo duum corporum: dupletur tũc illud quod ex annis & mensibus & diebus prouenit. Cum autem fuerit saturnus in reuolutione anni in quo eleuatur: eleuans combustus non complebit eleuans annum. Et exercetur illud etiam in ioue & domino eius & dabis omni signo quod fuerit inter eos mensem secundum contrarium eius quod fecerit saturno cum ei omni signo datus fuerit annus: & aggregabitur ei quod exierit de numero quod fuerit inter saturnum & dominum eius: & precipue si saturnus & iupiter fuerint in angulis nisi sit saturnus in domo planete inferioris: & dominus eius non aspiciat eum: nam tunc neq; per iouem neq; per dominum eius super aliquid in mora augmẽti iudicatur. ¶ Et considerabis etiam iouem in hora reuolutionis qui si aspexerit saturnum & ipse existens in angulo: aut sequenti angulum: male dispositionis addet quantitati more.12.menses aut.12.dies: aut totidem horas. Cumq; fuerit in reuolutione anni aliqua duarum infortunarum in.10. conuertamus annos in menses: & si fuerit aliquis eorum in.11.mora erit longior: & hec significationes in triplicitate cancri for

tes inueniuntur. In reliquis vero triplicitatibus si principium fuerit legis aut regni forsitan planete significant de quantitate more sm quantitatem eius q̄ inter est duos significatores mensem cum inter eos fuerint. 30. gradus & forasse planete ex parte eleuationis super suos annos de quantitate more significant. ¶ Scientia autem quantitatis more eorum ex parte eleuationis eorum adinuenitur per longitudinem que fuerit inter martem & dominum domus eius in reuolutionibus annorum in quibus se eleuabunt quemadmodum comparatur in saturno & ioue omni signo quod inter eos fuerit dando mensem aut annum sm quantitatem fortitudinis & debilitatis eius. ¶ In regibus vero assin & in his qui ex eis eleuantur apud permutationem almamari de triplicitate in triplicitatem tunc quantitas more eorū ex parte saturni & domini eius & iouis & domini eius minime consideratur. Maius vero sustentaculum super adinuentionem scientie quantitatis more eorū est ex parte longitudinis que est inter ascendens coniunctionis & signum coniunctionis cuz signo annus. Nam si transierit illud ad oppositionez peruenit nisi profectionis preuentio oppositionis signo sit propinquior q̄z coniunctionis signo: erit ergo extractio hore sm hoc si deo placuerit: cum autem completa fuerit diuisio considerabis signum ad quod peruenit annus: quod cum impeditum fuerit in reuolutione anni cum maiori luminari in martis quadratura aut saturni tunc iudicabitur incisio. Quod si euaserit alia expectatur vel queratur reuolutio & iudicabitur super ipsam destructio cum peruenerit reuolutio ad infortunarum quadraturam aut quando destruetur signum ad quod peruenit annus de maiori luminari vel de saturno. Quod si vnum eorum fuerit malum & alterum fuerit bonum egritudines que de his assimulantur iudicabimus. Cum ergo peruenerit annus ad signum qd̄ est ascendens coniunctionis vt ad coniunctionis locum aut oppositum per profectionem aut quasdam eius triplicitates tunc timebitur super eleuatum in illo anno: & si peruenerit ibidem fortuna integraliter destruit & remouet timorem quousq̧ redeat ad eundem locum infortuna in annorum conuersione. Infortunium vero est in quadratura infortunarum in reuolutione anni profectionis & vsq̧ ad quadraturam suam in radice secte: aut coniunctionis aut vsq̧ ad eiusdem coniunctionis quadraturam. Et cum saturnus fuerit in domibus suis reuoluatur itaq̧ a loco suo quemadmodum sol reuoluitur & multotiens scitur illud ex parte alia scilicet vt consideres reuolutionis anni ascendens coniunctionis. Quod si fuerit aliqua domorum saturni aut exaltationis eius aut domus lune computetur ab ascendente ad locum coniunctionis omni signo daturo annum. Si fuerit saturnus aut luna cum numero: aut cum equatione in angulo: & si ascendens fuerit aliquod istorum signorum aut aliorum & non fuerit saturnus neq̧ luna in angulis computetur a coniunctionis loco vsq̧ ad ascendens & si coniunctionis ascendens fuerit in aliqua domoruz superiorum planetarum: & fuerit in tertio aut nono: & precipue si fuerit in aquario si hoc erit non timebitur super eleuatum cum annus peruenerit ad ipsum: & si fuerit saturnus in domo sua: quantitas temporis vite eleuati erit coniunctio: & si fuerit in domo iouis aut martis computetur a loco saturni vsq̧ ad domini sui locum: & omnibus. 30. gradibus dabis annum. ¶ Considerabis quoq̧ illud quod est inter partem ascendentis reuolutionis anni quo eleuatus est & inter partem coniunctionis minoris dando omnibus. 30. gradibus annum. Quod si transierit eos impedimentum vel detrimentum eius erit cum peruenerit profectio ad martis locuz

12

aut ad gradus eius oppositos omni signo annus. ¶ Et multotiens exercetur hoc ex parte alia scilicet vt consideres saturnum qui si fuerit in.10.aut in.9. a loco solis ꝙ quantitas more eorum erit ꝫm quantitatem annorum solis minorum. Quod si fuerint inter saturnum ⁊ inter solem.35.gradus significat id quartaꝫ annoruꝫ eius ⁊ quotiens minuitur a quantitate arcus qui est inter eum ⁊ saturnuꝫ minuitur annus vsqꝫ ad complementum.30. graduum. Quod si fuerit inter eum ⁊ saturnum 65.gradus significat illud quartam annorum eius: ⁊ quotiens ex illo minuitur annus vsqꝫ ad.60.graduum consumationem: ⁊ si super hoc additur non operabitur super quantitatem more eorum super partem istam. Cum autem saturnus in.10. fuerit aut in.11.a sole significat illud ꝙ fortasse vita eorum ꝑtendetur quousqꝫ duo coniungantur superiores in parte vna. Cũqꝫ saturnus fuerit in angulo reuolutionis anni in quo eleuauit se eleuatus in domo sua: ⁊ incipiat permutari: aut si sit nō fixus in eo est vt sit in principio eius minus.5. gradibus ⁊ in fine eius excesserit.25. gradus significat illud ꝙ eleuatus viuet per tantum temporis quantum remanserit saturno in signo suo quemadmodum prediximus omni gradui annus: ⁊ precipue si fuerit capricornus aut aquarius si autem excedat illud demetur itaqꝫ saturni gradus de.30. ⁊ ꝙ remanserit post est quantitas spacij more. Quod si saturnus fuerit in.7.a sole in prima signi facie significat hoc ꝙ quantitas more eius erit annorum solis medietas. Et quando fuerit saturnus in triplicitate eius dextera: ⁊ iupiter in.11.ab eo loco significat trium annoruꝫ eius quantitas. Quod si saturnus fuerit in.6.ab eo ⁊ mars cum eo significat annos eius minores: ꝙ si fuerit saturnus in triplicitate eius sinistra significat ꝙ more eorum quantitas erit equalis annorum eius quantitati: ꝙ quando fuerit sol cōtinuatus ioui ⁊ fuerit in.10. aut.11.receptus significat quantitatem annorum iouis: aut quantitatem numeri qui fuit inter soleꝫ ⁊ infortunam ⁊ omni eleuanti cui non reperiuntur in reuolutione anni sue eleuationis planetarum situs ꝫm ꝙ prediximus. Computetur hora eorum incisionis ꝫm quantitatem eius ꝙ est inter solem ⁊ saturnum aut martem omni signo annus: ꝙ si ab illo euaserit addatur ei ꝫm hanc partem quaꝫ incisio significauerit. ¶ Et multotiens extrahitur eius scientia alio modo: scilicet vt consideres in anno in quo eleuatus est eleuans in hora eleuationis eorum. ⁊ computabis a fortiori duorum planetarum aut ab orientali alterius eoruꝫ scilicet saturno ⁊ ioue vsqꝫ ad luminare magnum: ⁊ a minori quoqꝫ luminari vsqꝫ ad debiliorem alterius eorum ⁊ occidentalem omni signo dando annum: deinde aggregabis duos numeros: ⁊ qui inde prouenerit ipse eleuantis est spacium. Et minus ad hoc cuꝫ luminare maius fuerit in sextili aut trino aspectu duobus planetis ⁊ ꝫm hoc iudicium verificabitur ⁊ complebis numeros duos prediximus: ⁊ multotiens prolongabitur vita eorum ex parte coniunctionum in aliquibus triplicitatum signis: ⁊ hoc est ꝙ aliquando accidit ꝙ erit quantitas vite.40.annis ⁊ plus: ⁊ presertim in fordarcih planetarum superiorum: quoniam sol cum fuerit significans super vitas per reuolutionem planetarum quibus cōmunicat inesse regum prolongat spaciuꝫ ⁊ facit transire annos eius minores ad medios vel ad maiores. In reuolutionibus autem veneris ⁊ mercurij ⁊ lune ipse quidem non plures annis suis minoribus protendit: ⁊ forte addit tertiam vel quartam partem donec occurrit ei infortuna: vel continuetur cum eo erit in illa hora destructio quoniam ipse non cōmunicat planetis superioribus in annis

suis maioribus: et addat ei omnis planeta ex aspectu eius ad eum secundum quantitatem annorum eius minorum prolongabitur itaque vita secundum hanc partem. Infordareth autem planetarum inferiorum non significatur illud propter hoc quod premisimus. Et cum saturnus in domibus planetarum altiorum fuerit receptus et aspexerint cum planete aut non aspexerint: significat illud longitudinem vite eleuantis: et si fuerit in domibus inferiorum et aspexerint eum et fuerit receptus significat breuitatem vite eorum. ¶ Et multotiens extrahitur scientia qualitatis vite eorum ex parte accepta in die a ioue vsque ad saturnum et in nocte contrario et proijcitur ab ascendente reuolutionis anni in quo eleuatur eleuatus et quo peruenerit illic erit pars: sed si iupiter fuerit in signo duum corporum: et fuerit reuolutio diurna: et fuerit cadens ab angulis accipiatur a saturno vsque ad eum et aggregetur numero signum vnum: et proijciatur ab ascendente: et quo peruenerit illic est pars. Et si numerus fuerit in nocte et fuerit ♃ in angulo accipiatur ab eo vsque ad saturnum et proijciatur ab ascendente et quo peruenerit illic est pars: et si saturnus et iupiter fuerint oppositi et ambo cadentes ab ascendente medietur quod inter eos prouenit: et proijciatur ab ascendente. Et si fuerit ♃ in exaltatione sua et reuolutio fuerit in nocte et computetur ab eo vsque ad saturnum et proijciatur ab ascendente. Deinde considera hora preuentionis solis locum. ¶ Et multotiens accipitur quantitas eius quod est inter solem et saturnum ex signis et dabis omni signo annum vsque ad horam detrimenti. Quod si saturnus et iupiter consurgunt in loco partis considera duo luminaria nam cum defunctum fuerit luminare maius cum saturno et luminare minus cum marte erit hora detrimenti. Et considerabis etiam quando intrabit sol signum profectionis: nam illud magis significat super detrimentum quam pars cum sol peruenerit ad eum hora qua timetur. Etiam ex anno in quo luna reuoluitur in ascendente eius: aut in medio celi ab eo apud peruentionem solis eius ad signum secundum ab ascendente nisi sit luna in domo saturni aut in domo tertia ab ascendente et dominus eius sit saluus a combustione et infortunio: tunc ergo detrimentum excedit quantitatem .6. mensium et erit detrimentum apud preuentionem solis ad signum ab ascendente et vtuntur cum hoc ascensionibus partis et infortunio partis coniunctionis et iudicatur secundum illud. Et multotiens extrahitur quantitas more eorum ex descensu duarum partium in reuolutione anni in quo eleuantur. Sed qualiter sciamus eas facere est vt consideres hora eleuationis eorum signum ad quod peruenit annus ille ab ascendente secte: et signum ad quod peruenit annus ex coniunctione minore: deinde accipiatur a planeta orientali ex saturno et ioue vsque ad gradum profectionis ab ascendente secte: et addentur ei gradus ascendentis reuolutionis et proijciatur ab eo et quo peruenerit illic pars existit prima: deinde accipiatur a planeta occidentali duorum vsque ad gradum profectionis ex ascendente coniunctionis minoris et addantur ei gradus ascendentis reuolionis et proijciantur ab eo: et quo peruenerit illic est pars secunda. Quod si fuerit saturnus et iupiter orientales aut occidentales incipiatur in parte prima et a ioue in secundo: deinde computentur qui sunt inter planetam orientalem et solem et gradus et minuta et multiplicentur in .12. et diuidant per illud quod perambulauit planeta orientalis de gradibus et minutis in signo suo: et quod inde peruenerit est quantitas temporis eleuantis .s. diebus .30. gradibus annus. Cum volueris scire hoc ex parte secunda multiplicabis quod est inter solem et planetam occidentalem

de gradibus ꝛ minutis in .12. diuides per id quod perambulauit planeta occidentalis de gradibus ꝛ minutis in signo suo: ꝛ aggregabis ei gradus ascendentis ꝛ proijciantur ab ascendente ꝛ quo peruenerit computetur ab illo gradu vsq; ad partem planete eorum qui fuerit occidentalis: ꝛ ꝙ fuerit ipsum est eleuantis vita: sicut quantitas que datur de omnibus .30. gradibus annus. Etiam vtūtur istis duabus partibus alio modo qui est propinquior rebus esse regum significantibus propterea ꝙ in eo due partes percipiant ꝙ est vt accipiatur a parte luminaris maioris vsq; ad gradum ♄ : ꝛ adiungantur ei gradus coniunctionis vtriusq; cum permutantur de triplicitate in triplicitatē: ꝛ proijciantur ab illo signo: ꝛ quo peruenerit illic est pars prima. Secunda vero pars accipitur ex gradu ♃ vsq; in gradum ♄ ꝛ adduntur ei gradus coniunctionis vtriusq; quo est in illa hora: ꝛ proijciuntur ab illo signo: ꝛ quo perueniet illic est pars secunda. Deinde considera quantū distat vnaqueque partium a domino suo: aut dominus eius ab ea: vel vnaqueq; earum a ♂ : aut ♂ ab vnaquaq; earum ꝛ dabis omnibus .30. gradibus eorum annum. Sed multam perscrutationem in scientia quātitatis eius quod significant due partes inuenimus in libro duarum partium: cuius quidem iteratio in hoc loco species dispendij reputatur cū sit nostra intentio colligere illud ad quod intendunt astronomici in re duarum partium: ꝛ iudicare ſm illud. De temporibus regum non est nisi ꝙ intendunt ad partem ♄ primam ꝛ ♃ secundam: ꝛ exercerit eas in iudicio ſm illud qđ vtebātur in duabus quas prediximus. ¶ Sed scientia quantitatis vite eorum ex parte diuisionis secunde que est ab hora eleuationis eorum consideratur ex ascendente ꝛ ex medio celi extrahitur alhileg ꝛ alcodhodeli sicut fit in natiuitatibus: deinde diriges gradū ascēdētis ad corpꝰ eius: ꝛ mediū celi ad regnū eius: ꝛ eoꝝ circūuolue reuolutiones simul ambas. Cūq; puenerit orbis ꝛ reuolutio eoꝝ ambo ad infortunatū iudicatur destructio: ꝛ cū fuerit destructio alterius eoꝝ sine alio iudicabit ſm illū destructio. Qꝫ si peruenerit ascendentis gradus ad infortuniū ꝛ fuerit infortunatus nimis iudicabitur ſm illud destructio ꝛ si fuerit minus iudicabitur ei egritudo: ꝛ si directio fuerit bona a gradu medij celi: ꝛ destructio fuerit ex parte directionis eorū sine ascendente iudicabitur super regni destructio: ꝛ si destructio fuerit ab eis duobus iudicatur destructio vtriusq;: ꝛ testificatur super hoc per ascendens secte ꝛ ascendens coniunctionis ꝛ aduentum orbium ꝛ directionum quadrature infortunarū in illis locis: ꝛ forsitan accidit illud quod significat annus cū directio de signo profectionis ascendentis peruenit ad quadraturam illius significationis aut ad locum significatoris aut ad illud quod est inter eos de gradibus ꝛ considerabis in anno in quo eleuauit se ad quod signum peruenit diuisio de termino ꝛ gradu ꝛ vtrum in illo termino fuerit radius planete in radice aut coniunctione que fuit in anno in quo fuit vicis regni exordium ꝛ an contingeret ei quarta de quartis aut non contingeret: deinde considera dominum profectionis in illo anno ꝛ dominum diuisionis prime vsq; ad gradum directionis quantum distent inter se ꝛ radios infortunarum ꝛ iudicabitur ſm illud. ¶ Et quia auxiliante deo iam declarauimus quod exponere voluimus compleamus itaq; differentiam quintam tractatus secundi.

¶ Differentia sexta in qualitate scientie egritudinum eorum significantium super detrimenta eorum.

Postq̄



Ostq̃ igitur p̄misimus in differentia quinta qualiter sciatur eorum natura: tractandum ergo est in hac differentia que sit causa que significat detrimenta eorum. Dicamus ergo si scire voluerimus illud: considerabimus anni ascendens eleuationẽ eorum significatorũ. Quod si fuerit in domibus ♄ significat illud qđ esse eorum quod timetur erit per causas frigiditatum humiditatum ꝛ fluxus ventris: ꝛ precipue si fuerit in capricorno. Et si fuerit in ♒ erit per causas frigiditatum ꝛ ventorum. Et si fuerit in domibus ♃ significat ꝙ mors eoꝝ erit mors bona. ꝛ si fuerit in ♐ per causam caloris ꝛ humiditatis sicut apostemata ꝛ his similia. Et si fuerit in domibus ♂ per causã caloris. ꝛ si fuerit in ♈ egritudines plus erunt eis in capitibus. Et si fuerit in ♏ erit cum calore ꝛ humiditate: ꝛ erunt egritudines in inferioribus eorum partibus. Q; si fuerit in domibus ☉ significat ꝙ egritudines eorum erunt per causas calorum ꝛ siccitatum ꝛ vehementius illo si ☉ erit infortunatus a ♂. Et si fuerit in domibus ♀ erit illud per causas medicinarum ꝛ venenorum ꝛ quicquid erit inde festiuum. Et si fuerit in ♉ erit causa frigiditatis ꝛ siccitatis per causas bestiarũ. ꝛ si fuerit in ♎ per calorem ꝛ humiditatem ex parte dolorum gutturis: ꝛ precipue si fuerit ♀ in ♈. Et si fuerit in domibus ☿ ꝛ precipue in ♊ erit illud per causam caloris ꝛ humiditatis ꝛ doloris epatis ꝛ frenesis ꝛ horum similium: ꝛ amissionis sensus. Et si fuerit in ♍ per causam destructionis epatis ꝛ fellis ꝛ viscerum. Et si fuerit in domo ☽ per causam frigiditatis ꝛ humiditatis ꝛ oportet vt cõmisceas planetas ipsum considerantes ꝛ iudicentur ẜm illud. Nam si planete considerantes ipsum fuerint cõuenientes his que prediximus erit verioris signi significationis. Et si non fuerint conuenientes post misceatur natura planetarum ipsum aspicientium ꝛ iudicetur ẜm ipsum. Et quia auxiliante deo iã explicauimus quod exponere voluimus: perficiamus ergo differentiam sextam secundi tractatus.

¶ Differentia septima in scientia qualitatis detrimenti eoꝝ ꝛ diei in quo erit ꝛ ad quem conuertetur regnum post eos.



Ostq̃ ergo premisimus in differentia sexta scientiam quititatis cause eorum: tractemus itaq; in hac differentia qualitates detrimentorum eorum ꝛ diei in quo erit ꝛ ad quem conuertetur regnũ post eos ꝛ guerrarum que accidunt ex eis. Cum ergo affectatur illud scire consideratur in ascendente reuolutionis anni in quo eleuauit se eleuans vsq; ad locum ♄ ꝛ ♂: ꝛ si ♂ coniunctus ♄ aut continuatus ei ex quadratura aut oppositione aut aspexerit eum aliquo aspectu significat interfectionem eius: ꝛ precipue si ♂ non fuerit receptus a ♄ ꝛ fuerit debilis in loco suo. ꝙ si fuerit ♄ receptus in loco forti ꝛ ♂ in loco debili non in parte ex partibus suis significat ꝙ affectabitur ei illud ꝛ auferetur ab eo effectus ꝛ accident ei ꝑ illas cãs guerre. Et si fuerit ♄ sub radijs cõbustus ꝛ ☉ pulsauerit ei significat interfectionẽ eoꝝ. Et si fuerit ♂ separatus a ♄ ex □ aut de opposito ꝛ ☽ transtulerit inter eos lumen ꝛ ♄ cadens ab ascendente: ꝛ ♂ fuerit in bono loco signat interfectionẽ eius: ꝛ silr si ☽ transtulit inter eos signat illud idem. Cũq; fuerit ♄ cadens ab angulis: ꝛ ♂ fuerit in loco suo fortis aut in angulo cõtinuet ex sextili aspectu ꝛ nõ abscindet inter eos lumen planete fortunati siue infortunati signat paucitatem more eius: ꝛ erit ꝑfectũ ꝛ forsitan ꝯsequet illud in itineribus: ꝛ ꝑcipue si aspe-

14

¶Et cuꝫ fuerit sol transiens sup martē significat multā pugnā fieri in babylonia ⁊ iniurias ⁊ venditionē hominuꝫ adinuicē ⁊ vehementiā caloris in quarta estiuali ⁊ multā coruscationē ⁊ valitudinē ventoꝝ eradicantiū arbores ⁊ palmas. ¶Et si fuerit venus transiens sup eum significat casum egritudinum ⁊ precipue febriuꝫ in oībus terris ⁊ vehementeꝫ pugnā aduenire inter hoīes ⁊ cōbustionē in pluribus terris cuꝫ multis pluuijs ⁊ tonitruis. ¶Cum fuerit mercurius transiens sup eū significat pugnā que adueniet inter romanos ⁊ thurcos ⁊ destructionē regis romanoꝝ cum egritudine que adueniet in oculis eius ⁊ ibunt in parte occidentis milites qui destruent ꝑm maiorē partē cum multa destructione ⁊ egritudines hominū ex demonibus ⁊ febribus ⁊ tussibus ⁊ doloribus emoroidaꝝ cuꝫ mediocritate pluuiaruꝫ ⁊ paucitate nubiluꝫ ⁊ vehementi calore ⁊ paucitate aque fontiuꝫ ⁊ messiū. ¶Et si fue

rit luna transiens sup eum significat multas humiditates.

¶Sermo in mamareth solis super planetas.

¶Et cuz fuerit sol transiés sup venerez significat siccitaté aeris. ¶Et cuz fuerit transiens super mercuriũ significat multas pluuias ⁊ incessanté flatuz ventoꝝ. ¶Et cuz fuerit transiens super luná significat coruscationem ⁊ tonitrua generari ⁊ fulmina.



¶Sermo in mamareth planetaruz super ☉.

¶Et cum fuerit venus sup solé significat esse tonitruoꝝ ⁊ coruscationum ⁊ multas pluuias. ¶Cũ fuerit mercurius transiés super eum significat bonuz qḋ consequet rex babylonie cum temperantia pluuiarum ⁊ mediocritate augmenti aquaruz. ¶Cum fuerit luna trásiens sup eũ sigt pluuias tonitrua ⁊ fulgura esse.

¶Sermo in mamareth veneris super planetas.

¶Et cuz fuerit venus transiés super mercuriũ significat guerraz multã contra ciues alracta ⁊ contra eam ⁊ fortitudiné ciuiuz babylonie ⁊ occurrunt nubes ⁊ flatus vẽtoꝝ mediocriter. ¶Et cum fuerit transiens sup lunaz significat multas pluuias ⁊ humiditates.



¶Sermo in mamareth planetarum super ♀.

¶Et cuz fuerit mercurius transiens super venerem significat alhauuez pugnare cuz romanis cũ multitudine nubiũ ⁊ pluuiaruz ⁊ bonas messes ⁊ proficuũ eoꝝ. ¶Cuz fuerit luna transiens super eam significat incessantem ventorum flatum meridianoꝝ ⁊ multas humiditates ⁊ precipue in quarta estiuali.

¶Sermo in mamareth ☿ super planetas.

56

¶ Et cū fuerit mercurius transiens super lunā significat bonum ꝙ cōsequetur rex babylonie cum multis pluuijs ⁊ ventis ⁊ aquis.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☿

¶ Et cum fuerit luna transiens super mercurium significat multas pluuias ⁊ incessantem ventorum flatum. Postq̄ȝ venimus cuȝ eo ꝙ narrare voluimus. Compleamus igitur differentiam primam cum laude dei.

¶ Differentia secunda in iudicio super mamareth planetarum eleuantium alioꝝ super alios cum fuerint equidistantes signo thauri.





Ostq̄ȝ ergo pmisimus in dria prima rememoratione mamareth alioꝝ super alios cū fuerint equidistantes signo arietis. Tractemus ergo in hac dria rememoratione significationuȝ in mamareth planetarum alioꝝ sup alios cū fuerint equidistātes signo thauri ⁊ mamareth eoꝝ sup se sequentiū ipsum ſm ordineȝ ⁊ ſm textum eius iuxta ꝙ firmauimus in signo arietis ⁊ in dño cōfidendum est.

¶ Sermo in mamareth saturni super planetas.



¶ Dicamus ergo ꝙ cuȝ saturnus transierit super iouem significat ciues armenie pugnare cuȝ ciuibus babylonie ⁊ mōtū ⁊ victoriaȝ habere regeȝ armenie de eis ⁊ nimiam siccitatē habere in pluribus climatibus cuȝ siccitate aeris ⁊ augmētum messium. ¶ Et cuȝ fuerit transiens super martē significat nimiam siccitatē ⁊ famam ⁊ constructiones: ⁊ mortē cadere in homines cū vehemēti frigore ⁊ mora ei'. ¶ Et cū fuerit transiens sup solē significat multas guerras ⁊ bella venire inter gentes cū circuitu inimicoꝝ ciuiū alhauicȝ ⁊ paucas humiditates, ⁊ annonā. ¶ Et cum fuerit transiens super venerem significat mortem romanorum ⁊ mortem cadere in mulieres ⁊ paucitatem pluuiarum. ¶ Et cum fuerit transiens

super mercurium sigt illud idem cum multis inundationibus ꝛ caristia annone. ¶ Et cum fuerit transiens super lunā significat illud idem cum paucitate pluuiaꝝ ꝛ paucitate aquaram ꝛ paucam annonam.

¶ Sermo in mamareth planetarum super saturnum.

¶ Et cum fuerit iupiter super saturnū transiens sigt illud corruptionē habis ꝛ destructionē que adueniet in terra armenie ꝛ mortē aduenire qbusdā hominibus magnis ꝛ aduentuꝫ nocumenti in plures terras cum multis humiditatibus. ¶ Et cuꝫ fuerit mars trāsiens super saturnū significat mortem regis alhauueꝫ ꝛ cōmotioneꝫ inimicorum ex duabus partibus ꝛ casum siccitatis ꝛ adustionem nociuaꝫ hominibus in pluribus regionibus eū esse terremotuum. ¶ Et cum fuerit sol transiens super euꝫ significat multā famaꝫ accidere hominibus ꝛ augmētuꝫ fructificationis arboruꝫ cuꝫ humiditate aeris. ¶ Et cuꝫ fuerit venus transiens super euꝫ significat generationē oppressionuꝫ ꝛ infortunaꝝ ꝛ siccitatē ꝛ causaꝫ in pluribus climatibus ꝛ multas pluuias ꝛ paucitatem annone. ¶ Et cū fuerit mercurius transiens super euꝫ significat inimicos facere exercitū contra ciues babylonie ꝛ oppressiones contingentes cum vehementi frigore. ¶ Et cum fuerit luna transiens sup euꝫ significat aborsum pregnataꝝ ꝛ paucas messes ꝛ multas pluuias.

¶ Sermo in mamareth iouis sup planetas.



¶ Et cuꝫ fuerit iupiter transiens sup martē significat destructionē aduenire in plures regiōes ꝛ multaꝫ cadere niueꝫ ꝛ precipue in tēpore congruente eis ¶ Cuꝫ fuerit transiens sup solē significat siccitatē aeris ꝛ multa venenosa. ¶ Cuꝫ fuerit transiens super venereꝫ significat destructionē pluriū alhauueꝫ ꝛ multuꝫ nocumentuꝫ aduenire in regiones romanorum ꝛ aduentuꝫ humiditatuꝫ. ¶ Cuꝫ fuerit transiens sup mercuriū significat salutē hominum ꝛ destructionē in terra romanoꝝ ꝛ hermamentuꝫ caldearum cum generatione nutribiliū ꝛ multis pluuijs ꝛ paucis aquis. ¶ Cum fuerit transiens super lunam significat multā habundantiā in babylonia cuꝫ salute corporum ꝛ mediocritate pluuiaꝝ.

¶ Sermo in mamareth planetaꝝ super iouem.

¶ Et cum fuerit mars transiens super iouem significat destructionē ciuitatuꝫ magnaꝝ ꝛ precipue in parte persie ꝛ alhauueꝫ ꝛ obedientiā inimicoꝝ ꝛ aduentum egritudinū in parte montis ꝛ mortē quorundā magnatū cum multis pluuijs ꝛ constrictionibus ꝛ tonitruis. ¶ Et cum fuerit sol transiens super euꝫ significat destructionē depositionis ciuiuꝫ alhauueꝫ ꝛ mortem regis eorum ꝛ destructionem aldearum eoruꝫ ꝛ multas cōmixtiones in omnibus regionibus ꝛ infirmitates ꝛ potentiaꝫ mulierum super viros eorum cum paucitate pluuiarū in tempore ei congruente.

527

¶Cuz fuerit mercurius transiens sup euz sigt multitudinē insurgentiū in regiones babylōie ꝛ salutē eoꝝ ꝛ multā guerrā ī ciuib⁹ aldeaꝝ ꝛ regē suū destruere arabes cū multis hūiditatib⁹ ꝛ flatū vētoꝝ. ¶Cū fuerit luna trāsiēs sup eū sigt ciues psie ꝛ romanoꝝ ꝛ alhauuez ꝛ pparare se ꝯtra regē babylonie ꝛ cadere bellū iter se cū siccitate i regiōe psie ꝛ alhauuez ꝛ romanis ꝯtigēt pestes ꝛ multiplicabunt pluuie ꝛ aq̄.

¶Sermo in mamareth martis super planetas.



¶Et cū fuerit mars transiens sup solem significat vehementiā caloris ꝛ siccitatē aeris. ¶Cum fuerit transiens sup venerē significat mortē regis alhauuez ꝛ destructionē maioris partis terre eoꝝ ꝛ cadere egritudines ꝛ mortē in eos: ꝛ multas parere feminas filias cum vehementi calore q̄ erit in quarta estiuali. ¶Cū fuerit transiens super mercuriuz significat destructionē aduenire in plura climata ꝛ nimiā mortē in terrā romanoꝝ cū multis pluuijs ꝛ nebulis ꝛ nubibus ꝛ vehementi frigore quarte hyemalis ꝛ autūpnalis. ¶Cum fuerit transiens sup lunā significat mortē regis babylonie ꝛ mortē regis alhauuez ꝛ renouationē regni alterius ꝛ multā pugnā ꝛ guerraz in pluribus climatibus ꝛ mortē cadere in persiā ꝛ romanos cū paucitate lupoꝝ ꝛ precio bestiaꝝ.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ super martē.

¶Et cū fuerit sol trāsiens sup martē sigt humiditatē aeris. Et cū fuerit venus trāsiens sup eū sigt mortē aduenire quibusdā regū mulieribus ꝛ graue esse viroꝝ ꝛ destructionē esse mulieꝝ ꝛ ciues eradij pugnare cuz ciuibus mōtis ꝛ mutationē pluriū exercituū ꝛ pugnā facere ex parte nigroꝝ ad partē montiū ꝛ eos destruere plures regiones cū multitudine aquaꝝ ꝛ superfluitate pluuiaꝝ. ¶Cum fuerit mercurius transiens sup eū sigt magnū timorē vehementē qui accidit in pluribus regionibus cū esse pugne ꝛ destructiōis ꝛ diuersitatis ꝛ impedimēti ꝛ mortis in terra romanoꝝ ꝛ precipue in viris cū flatu vētoꝝ ꝛ multis niuibus. ¶Cū fuerit luna sup trāsiens eum significat multas humiditates ꝛ frigiditatē.

¶Sermo in mamareth solis super planetas.



¶ Et cũ fuerit sol trãſiẽs ſup venerẽ ſigt ſiccitatẽ aeris. Cũ fuerit trãſiẽs ſup mercuriũ ſigt ciues ciuitatis facere bellũ iter ſe adiuicẽ ꝛ multos vẽtos ꝛ paucitatẽ pluuiarũ ꝛ detrimẽtũ herbaꝝ ꝛ inũdatiões fluminũ. Cũ fuerit trãſiẽs ſup lunã ſigt paucitatẽ humiditatuȝ.

¶ Sermo in mamareth planetaraȝ ſuper ☉.

¶ Et cũ fuerit venus trãſiẽs ſup ſolẽ ſigt inimicos poſſidere terrã romanoꝝ ꝛ mortẽ cadere in mulieres cũ ꝑpantia pluuiaꝝ ꝛ flatũ vẽtoꝝ. ¶ Et cũ luna fuerit trãſiens ſup eũ ſigt paucitatẽ pluuiaꝝ.

¶ Sermo in mamareth veneris ſup planetas.



¶ Et cũ fuerit venus trãſiẽs ſup mercuriũ ſigt illud multã mortẽ ꝛ inſtabilitatẽ hominũ ꝛ cõmixtionẽ iter eos ꝛ paucitatẽ pluuiarũ ꝛ tonitruoꝝ ꝛ coruſcationũ ꝛ paucitatẽ annone. Cũ fuerit trãſiens ſup lunã ſigt paucitatẽ humiditatũ.

¶ Sermo in mamareth planetaꝝ ſuper ♀.

¶ Et cũ fuerit mercurius tranſiens ſup venerẽ ſigt ciues armenie facere guerras romanis ꝛ multas humiditates ꝛ forſitan tẽporabit aer cũ inceſſante vẽtorũ flatu. Cũ fuerit luna tranẽs ſuper eã ſigt illud eſſe guerraꝝ q̃ aduenient ꝑſis ꝛ mortẽ regis eoꝝ in ſuuẽtute ſua ꝛ ſimiliter aduenient in alhauueȝ cũ multis latronibus ꝛ furibus ꝛ cadere bellũ iter ciues ꝑſaꝝ ꝛ romanoꝝ ꝛ interfectionẽ regis ꝑſaꝝ ꝛ aborſuȝ ꝑgnatarũ ꝛ preciũ aſinoꝝ ꝛ mortẽ boum ꝛ multa tonitrua ꝛ coruſcationes ꝛ paucitatẽ meſſium ꝛ ſeminũ.

¶ Sermo in mamareth ☿ ſuper planetas.



Et cũ fuerit ☿ trãsiẽs sup ☽ sigt illud facere guerrã inimicoꝝ plurib⁹ terris romanoꝝ cũ multis pluuijs ⁊ inũdationibus fluminũ.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ sup ☿. ¶Et cũ fuerit ☽ trãsiẽs sup ☿ sigt illud multas natiuitates: ⁊ detrimẽtũ herbaꝝ: ⁊ mediocritatẽ pluuiaꝝ. Postq̃ȝ g̃ venim⁹ sup illō qd narrare voluim⁹. Cõpleam⁹ dr̃iaȝ scdaȝ cũ di auxilio.

¶Dr̃ia tertia i iudicio sup mamareth stellaꝝ eleuãtiũ aliaꝝ sup alias cũ fuerint equidistãtes signo ♊.



Postq̃ȝ igit̃ p̃misimus in differẽtia scda planetaꝝ significationes eleuãtiũ alioꝝ sup alios cũ fuerint eq̃distãtes signo ♉. Tractãdũ est ergo in hac dr̃ia de rememoratione significationum eorum super simile illius quando fuerint equidistantes signo ♊.

¶Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶Dicamus ergo cũ ♄ trãsierit sup ♃ sigt mortẽ regis armenie ⁊ militariũ: ⁊ abscissores viaꝝ precipue arabes: ⁊ ipsos accipere pecunias mercatoꝝ cũ paucitate pluuiaꝝ ⁊ aquaꝝ: ⁊ beluis aq̃ pluuiarũ sicut rane ⁊ his silia. ¶Et cũ fuerit trãsiẽs sup ♂ sigt cõmotionẽ inimicoꝝ: ⁊ aduẽtũ ifortune in pluribus terris ⁊ aduẽtũ locustarũ: ⁊ incessantẽ vẽtorũ flatũ ⁊ paucitatẽ humiditatũ. ¶Cũ fuerit trãsiẽs sup ☉ sigt regẽ babylonie interficere quaſdã suarũ mulieruȝ cũ fortissimo calore. ¶Cũ fuerit transiens super ♀ significat illud mortem regis romanoꝝ; ⁊ multas iniusticias ⁊

infortunia in terra sua: ⁊ casuʒ mortis in mulieres: ⁊ paucas pluuias. ¶Cuʒ fuerit trāsiēs sup ☿ sigt illud regē babylonie interficere quasdā mulierū suaꝝ cuʒ medio critate ventoꝛuʒ ⁊ ꝓsperitate eoꝛū. ¶Cū fuerit transiens sup ☽ sigt illud regē babylonie interficere quasdā suarū mulieruʒ cū paucitate pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarū super ♄.

¶Et cum fuerit ♃ transiens sup ♄ sigt illud thurcos destruere maioꝛē partē terre mōtiuʒ: ⁊ ire omnes ciues alhauueʒ ad eos ⁊ destruere eos ẜm maioꝛē partē eoꝝ cū siccitate multa in armenia: ⁊ in eo quod est circa eā: ⁊ pꝛosperitatē messiuʒ in babylonia: ⁊ pꝛosperitatē fructuum eius: ⁊ flatuʒ ventoꝛū: ⁊ multuʒ esse humiditatum. ¶Cum fuerit ♂ transiens super euʒ significat illud motuʒ ciuiuʒ montium ⁊ eos facere guerram ciuibus occidentis: ⁊ pugnam aduenire in terra romanoꝛuʒ cum multis egritudinibus: ⁊ moꝛtē in eis: ⁊ esse pluuiarū ⁊ tonitruoꝛū ⁊ choꝛuscationū. ¶Cuʒ fuerit ☉ transiens super euʒ significat illud pꝛosperitatē esse ciuiū alhauueʒ ⁊ multum bonū apud eos cum bonitate aeris: ⁊ temperantiam pluuiarū. ¶Cum fuerit ♀ transiens super eū significat illud pꝛosperū esse ciuiū alhauueʒ: ⁊ multos milites esse apud eos cum superfluitate pluuiarum. ¶Cum ☿ fuerit transiēs super eū significat pꝛosperū esse regis babylonie: ⁊ incessantē flatum ventoꝛū. ¶Cum fuerit ☽ transiens super eū significat multitudineʒ pluuiarum.

¶Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶Et cū fuerit ♃ trāsiēs sup ♂ sigt illud moꝛtē ciuiū de aliomena: ⁊ destructionē ⁊ angustiā in viridarijs cū paucitate humiditatū. ¶Cū fuerit ♃ transiens sup ☉ significat illud siccitatem aeris. ¶Cū fuerit trāsiens super ♀ significat illud pꝛosperū esse regis babylonie: ⁊ ciues armenie facere guerrā ciuibus eradie ⁊ destruere eā ⁊ moꝛtē cadere in mulieres pꝛegnatas: ⁊ paucitatē pluuiarū ⁊ multiplicationē messiū. ¶Cuʒ fuerit ransiēs sup ☿ significat illud ciues indie facere bella cōtra ciues romanoꝝ ⁊ destruer regiōes eoꝝ cū valitudie vētoꝝ. ¶Cū fuerit trāsiēs sup ☽ sigt illud supfluitatē pluuiaꝝ ⁊ aqꝝ. ¶Sermo in mamareth planetarū super ♃.

¶Et cuʒ fuerit ♂ transiens super ♃ significat illud moꝛtem duoꝛum regū alio-

mena ꝛ albedia ꝛ destructionē eius: ꝛ fortasse accidit hoc in pluribus terris: ꝛ cadere mortē in plures inimicos regis babylonie. ¶Cuȝ fuerit ☉ transiēs super euȝ significat illud timorem regi babylonie: ꝛ gaudia regi albedie: ꝛ prosperitatem ciuium eius: ꝛ multuȝ infortuniuȝ in armenia. ¶Cum fuerit ♀ transiens super euȝ significat mediocritatem esse mulierū pregnatarum cuȝ tenebrositate aeris ꝛ multitudine humiditatum ꝛ pluuiarū. ¶Cum fuerit ☿ transiens super eum significat cadere contrarietatem inter plures homines cum interfectione ciuium aldearum adinuicē. ¶Cū fuerit ☽ transiens super eū significat illud multas humiditates.

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas.



¶Et cū fuerit ♂ trāsiens sup ☉ sigt illud caliditatē aeris ꝛ eius siccitatē. ¶Cū fuerit trāsiēs sup ♀ sigt illud cōtrarietatē viroꝝ cū mulieribus: ꝛ mortē pgnataꝝ ex eis ꝛ paucitatē rerū ꝛ humiditatū. ¶Cū fuerit trāsiens sup ☿ sigt mortē quorundā filioꝝ regū: ꝛ renouationē regis babylonie ex his qui nō conueniunt regno: ꝛ exitū exercituū a montibus adhorasten: ꝛ interfectionē eoꝝ adinuicē: ꝛ multos pauores contingētes: cū inimicitijs inter eos: ꝛ destructionē monasterioꝝ ꝛ ecclesiaꝝ: ꝛ acceptionē censuū suoꝝ cuȝ paucitate pluuiaꝝ: ꝛ validitate ventoꝝ. ¶Cū fuerit trāsiens super ☽ significat illud mortē regis babylonie: ꝛ contrarietates que cadent inter eius nobiles: ꝛ expendi census eorum cū morte regis alhauueȝ: ꝛ multā cedē ꝛ guerrā in plura climata cuȝ siccitate aeris ꝛ paucitate humiditatū.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ super ♂.

¶Et cuȝ fuerit ☉ transiens super ♂ significat illud multas cedes in babylonia ꝛ querimoniā eoruȝ adinuicē ꝛ vindictam eoꝝ inter se. ¶Cū fuerit ♀ transiens sup euȝ significat illud mortē cadere in magnates ciuiuȝ mōtiuȝ ꝛ in reges eoꝝ cū odio ꝛ discidio qd̄ adueniet inter plures hoīes: ꝛ mortē cadere in mulieres: ꝛ pluuias multas. ¶Cū fuerit ☿ transiens super euȝ significat illud ciues romanos ciuibus montiū inimicari: ꝛ erunt guerra ꝛ nocumentū ꝛ pugna inter ciues montiuȝ cum multitudine mortis ouium: ꝛ paucitate pluuiaꝝ: ꝛ vehementiā frigoris. ¶Cū fuerit ☽ transiens super euȝ sigt illud superfluitatē pluuiaꝝ ꝛ humiditatum.

¶Sermo in mamareth ☉ super planetas.

¶Et cuȝ fuerit ☉ transiens sup ♀ significat illud paucitatē humiditatuȝ. ¶Cuȝ fuerit trāsiēs sup ☿ sigt flatus ventoꝝ venenosoꝝ multitudinē. ¶Cū fuerit trāsiēs sup ☽ sigt paucitatē aquaꝝ ꝛ humiditatuȝ.

¶Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶Et cū fuerit ♀ trāsiēs sup ☉ sigt illud humiditatē aeris. ¶Cū fuerit ☿ trāsiēs sup eū sigt illud multā siccitatē in pluribꝰ climatibus: ꝛ paucitatē auiū ꝛ bestiaꝝ aque cū paucitate pluuiaꝝ ꝛ siccitate aeris. ¶Cū fuerit ☽ transiens super eū significat illud paucitateȝ humiditatum.



¶Sermo in mamareth ♀ super planetas.



¶Et cuȝ fuerit ♀ trāsiēs sup ☿ sigt illud apparentiā salutis: ꝛ multitudinē elemosynaꝝ in terra babylonie ꝛ psie ꝛ alhauueȝ ꝛ aradie ꝛ romanoꝝ ꝛ augmēti in possessionibus ꝛ hereditatibus: ꝛ multas causas viroꝝ cōtra mulieres: ꝛ paucitatē pluuiaꝝ ꝛ multa tonitrua ꝛ chorusicationes: ꝛ superfluitatē aquaꝝ: ꝛ inūdationes fluminū. ¶Cū fuerit transiens super ☽ significat paucitatē humiditatū.

¶Sermo in mamareth planetaruȝ super ♀.

¶Et cū fuerit trāsiēs ☿ sup ♀ sigt illud romanos facere guerrā ciuibus babylonie cū eo ꝙ timebūt q̄ in circuitu eoꝝ fuerint: ꝛ cadere odiū inter romanos ꝛ thurcos ꝛ bellū ꝛ pmutationē exercituū de ciuibꝰ armenie ad ciues alhauueȝ: ꝛ mortē regis babylonie: ꝛ multā mortē cadere in mulieres pgnatas in psiā cū multitudine pluuiarū: ꝛ supfluitate aquaꝝ. Cuȝ fuerit ☽ transiens super euȝ sigt flatū ventoꝝ

¶Sermo in mamareth ☿ super planetas.


¶Et cũ fuerit ☿ transiens sup ☽ sigt illud multã siccitatẽ in pluribus climatibus: ⁊ paucitatẽ diuitũ cum paucitate pisciũ ⁊ flatum ventorum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ☿.

¶Et cum fuerit ☽ transiens sup ☿ significat illud multã temperantiam pluuiarum: ⁊ flatum vẽtorũ. Completa igitur est differẽtia tertia cum auxilio dei.



¶Differẽtia quarta in iudicio sup mamareth planetarũ eleuãtiũ adinuicẽ cũ fuerint equidistantes signo ♋.



Postq̃ igitur premisimus in differentia tertia rememorationẽ significationũ mamareth planetarũ alioꝝ sup alios cũ fuerit eq̃distãtes signo ♊. Tractemus ergo in hac drĩa significationes aliorũ super alios cum fuerint equidistantes signo ♋.

¶Sermo in mamareht ♄ super planetas.



Dicamꝰ itaq; q̄ cũ fuerit ♄ trãsiẽs sup ♃ sigt moderãtiã regis babylonie ⁊ eũ tenere suũ regnũ p seipsuz ⁊ paucã hẽre fiduciã i aliũ: ⁊ multos latrões ⁊ puersos: ⁊ paucitatẽ pluuiaꝝ ⁊ detrimẽtũ aquaꝝ: ⁊ multarũ beluaꝝ aq̃ sicut rane ⁊ his silia. ¶Cũ fuerit trãsiẽs sup ♂ sigt cõmotionẽ thurcorũ ⁊ fraudẽ eoꝝ: ⁊ inimicitiã inter hoĩes cadere ⁊ multas locustas: ⁊ supfluitatẽ pluuiarũ ⁊ fixionẽ earuz. ¶Cũ fuerit trãsiẽs sup ☉ significat illud mortẽ mulierũ regũ: ⁊ casuz mortis in pluribus climatibus cũ siccitate areis. ¶Cum fuerit trãsiens super ♀ significat pestilentiã aduenire in terra romanorum ⁊ mortem cum multo calore: ⁊ paucitatem humiditatis.

¶Cum fuerit transiens super ☿ significat illud causam mortis in pluribus climatibus: propterea quod occurret hominibus vehementia febrium cum paucitate pluuiarum: et mediocritate caloris. ¶Cum fuerit transiens super ☽ significat illud mortem quarundā mulierum regum: et casum mortis in pluribus climatibus cū vehementia febrium: et cum paucitate pluuiarum et aquarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶Et cum ♃ fuerit transiens super ♄ sigt illud multam cedem fieri inter reges: et mortē regis babylonie: et ciues montium facere insultum in ciues babylonie et destructionē pluriū climatū: et multas natiuitates cum paucitate pluuiarum et humiditatum: et multiplicationē messiū: et prosperū esse decorem. ¶Cum fuerit ♂ transiens super eum significat illud multos inimicos insurgentes: et casum locustarum: et mediocritatem pluuiarum: et paucitatē aquarum. ¶Cum fuerit ☉ transiens super eum significat diminutionē aquarum: et mediocritatem pluuiarum. ¶Cū fuerit ♀ transiens super eum significat illud prosperitatem pluuiarū incessanter: et locustas multum destruere segetes. ¶Cum fuerit ☿ transiens sup eū sigt illud romanorum salutē regis et durabilitatē vite eius: et paucitatē pluuiarū: et motionē ventorum. ¶Cum fuerit ☽ transiēs sup eum significat aborsum pregnatarum et paucitatē messium: et superfluitatē pluuiarum: et multas humiditates.

¶Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶Et cum fuerit ♃ transiens sup ♂ sigt mortē inimicorum regis: et multos latrones in eos detegere malefactū suorum: et malefacere pro nihilo cum superfluitate pluuiarū et aquarum et augmēto tigris et eufrates. ¶Cū fuerit trāsiens sup ☉ sigt illud mortē nimiā in hōibus et multa miracula in terra montiū: et psperū esse ciuibus tigris et eufrates et salutē eorum. ¶Cū fuerit trāsiens super ♀ sigt illud salutē regis babylonie: et fortunā durabilē in terra sua et multas humiditates: et salutē messiū. ¶Cū fuerit trāsiens sup ☿ sigt illud inuestationē seruorum ad reges et mēdacia et dubitationē:

ꝛ mortem regis persie: ꝛ aduentum diluuiorum ꝛ miraculorum in montibus ꝛ ceteris montibus: ꝛ destructionē palaciorū iudicum cuꝫ multitudine pluuiaruꝫ in quibusdā horis: ꝛ forsitan cum paucitate nubium ꝛ tonitruorū: ꝛ velocitate pestiuꝫ in plantis ꝛ paucam inundationē. ℭ Cum fuerit transiens super ☽ significat paucitatem pluuiarum ꝛ humiditatum.

ℭ Sermo in mamareth planetarum super ♃.

ℭ Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat cōmotionem inimicoruꝫ: ꝛ ipsos facere guerram in pluribus terris ꝛ eos depredare eas: ꝛ cōbustionē forē in babylonia cuꝫ multis pluuijs ꝛ cuꝫ augmento tigris ꝛ eufrates: ꝛ multa inundatione: ꝛ precipue in tēpore cōgruente ei. ℭ Cuꝫ fuerit ☉ transiens super eum significat illud humiditatē aeris ꝛ rorem eius. ℭ Cuꝫ fuerit ♀ transiens super eum significat mortē quorundā reguꝫ ꝛ magnatum ꝛ multa tripudia regis montiuꝫ cuꝫ superfluitate pluuiaꝝ ꝛ humiditatū ꝛ diminutioneꝫ aque maris. ℭ Cū fuerit ☿ transiens super cuꝫ significat illud morteꝫ regis babylonie: ꝛ multa miracula in pluribus climatibus ꝛ disperſioneꝫ diuiuatoruꝫ: ꝛ pugnare aldcanos inter se: ꝛ destruere plures aldcaruꝫ: ꝛ mulieres seipsas costodire cuꝫ multitudine pluuiaꝝ: ꝛ augmentuꝫ aquaꝝ ꝛ fluminuꝫ. ℭ Cum fuerit ☽ transiens super euꝫ significat multos rores.

ℭ Sermo in mamareth martis super planetas.



ℭ Et cuꝫ fuerit mars transiens super soleꝫ significat illud vehemētiaꝫ caloris ꝛ siccitatē in aere. ℭ Cuꝫ fuerit transiens super venerē significat multos insurgentes super ciues montiuꝫ ꝛ eos facere guerras eis ꝛ cōsequētur ciues alhauueꝫ malū ab inimicis suis ꝛ morientur mulieres pregnantes cuꝫ paucitate humiditatuꝫ ex vehementia caloris. ℭ Et cū fuerit trāsiens sup mercuriū significat illud interfectionē que continget inter filios reguꝫ ꝛ fortitudineꝫ belloꝝ ꝛ destructionē multoꝝ regnoꝝ ex oībus regionibus ꝛ nocumento inimicoꝝ in occidente ꝛ in terra eius ꝛ destructioneꝫ palacioꝝ regū ꝛ locoꝝ eoꝝ cuꝫ vehementia caloris ꝛ mora eius. ℭ Cuꝫ fuerit transiens sup lunā significat mortē regis babylonie ꝛ nobiles eius disconuenire ꝛ dispendiū cēsuuꝫ coꝝ: ꝛ mortē regis alhauueꝫ ꝛ multā pugnā ꝛ guerras in pluribus climatibus ꝛ capere se adinuicē: ꝛ multā mortē in persia ꝛ romanis: ꝛ vehementē lupoꝝ rapacitatē: ꝛ caristiā bestiaꝝ ferentiuꝫ onera sicut sunt boues ꝛ cameli cuꝫ paucitate humiditatū ꝛ siccitate aeris.

ℭ Sermo in mamareth planetaꝝ super martē.

ℭ Et cū fuerit sol transiens super martē significat multas pluuias. ℭ Cuꝫ fuerit venus transiens super eū significat illud mortē quorundā filiorū reguꝫ ꝛ cadere eos cuꝫ ferro et ciues montiuꝫ facere pugnā contra ciues tradie et multā morteꝫ in eis

fieri et morte regis: et magnam destructione pluriu regionu z casum cobustionis in eis: z multas locustas cu esse humiditatu z superfluitate inundationu. ¶ Et cum fuerit mercurius transiens super eum significat illud casum mortis in hominibus cu vehementia caloris z multis terremotibus. ¶ Et cum fuerit transiens luna sup eum significat multas pluuias.

¶ Sermo in mamareth solis super planetas.



¶ Et cu3 fuerit sol trasiens sup ♀ significat siccitate aeris. ¶ Cu3 fuerit transiens sup ☿ significat illud nimia humiditate morte cu superfluitate pluuiaꝝ: z vehementi in tpe suo calore: z paucitate aquaꝝ z corruptione fluminu. ¶ Cu3 fuerit trasiens super lunam significat illud paucitate humiditatum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶ Et cu fuerit venus transiens super solem significat illud multas pluuias. ¶ Cu3 fuerit ☿ trasiens super eu significat illud diuturna vita3 regis romanorum cu vehementi calore. ¶ Cu fuerit ☽ trasiens sup eu significat superfluitate humiditatu.

¶ Sermo in mamareth veneris super planetas.

62



¶ Et cum fuerit ♀ transiens super ☿ significat illud destructionē terre babylonie & aduentum mortis in terra romanoꝝ & precipue in mulieribus cū multis pluuijs & nubibus & tonitruis & coruscationibus: & vehementi in tpe suo calore. ¶ Cū fuerit transiens super lunam significat multas & superfluitatē humiditatum.

¶ Sermo in mamarcth planetaruȝ super ♀.

¶ Et cū fuerit ☿ transiēs super ♀ significat hoies vti ambulatione: & nimiā mortē & precipue in mulieribus pregnatis & cadere in obtalmiā & pestem: & bella aduenire hoibus & precipue inter thurcos & romanos & thurcos captiuare eos & destructionem fore in pluribus terris & diuersitatem rerum cum eo q̄ rex babylonie impugnabit ciues armenie: & cadet in eos captiuitas & destructio legum & ecclesiaruȝ cum multis humiditatibus & nebulis. ¶ Cum fuerit luna transiens super eam significat multas humiditates.

¶ Sermo in mamarcth mercurij super planetas

¶ Et cum

¶Et cum fuerit ☿ transiens sup ☽ significat illud longitudinē vite regis romanoꝝ ⁊ multas humiditates ⁊ augmentum aquarum.

¶Sermo in mamareth planetarū super ☿.

¶Et cū fuerit luna trāsiens super mercuriū significat illud inclusionē scilicet siccitatē fluminū cū mediocritate pluuiaꝝ ⁊ incessante vētoꝝ flatu. Postq̄ ergo venim⁹ cū eo q̄ narrare volumus. Cōpleamus igitur differentiam quartā cum auxilio dei.



¶Differentia quinta in iudicio super mamareth planetarum eleuantiū adinuicē cum fuerint equidistantes signo leonis.



Postq̄ igit premisimus in differentia quarta rememorationē mamareth significationū planetarum alioꝝ super alios cum fuerint equidistantes signo cancri. Tractemus ergo in hac differentia significationes eorum s̄m illud cum equidistant signo ♌.

¶Sermo in mamareth saturni super planetas.



¶Dicamus ergo q̄ cū fuerit saturnus trāsiēs sup iouē sig̃t illud mortē regis babylonie ⁊ mortē cadere in hoies ⁊ lupos ex paucitate pluuiaꝝ ⁊ diminutione seminū in pluribus terris. ¶Cū fuerit transiens sup martē sig̃t vehemētiā flatus vētoꝝ calidoꝝ in tpe suo ⁊ paucitatē annone ⁊ messiū ⁊ diminutionem vtrorūq̄. ¶Et cū fuerit trāsiēs sup solē sig̃t illud mortem regis babylonie aut quorūdam ciuiū alhauuez ⁊ casum cōstrictionū in clustaseu cū multo locustarū casu ⁊ superfluitate pluuiaꝝ ⁊ ꝓsperitate eaꝝ. ¶Cū fuerit transiens sup venerē sig̃t illud mortē regis babylonie aut quorundā nobiliū ciuiū alhauuez ⁊ cadere cōstrictiones cū eo quod erūt humiditates. ¶Cū fuerit trāsiens sup mercuriū sig̃t illud mortē regis babylonie ⁊ multū casuz mortis in homines ⁊ constrictiones cū vehementi frigore in suo tpe. ¶Cū fuerit transiens sup lunā significat mortē regis babylonie aut quorundā nobiliū alhauuez ⁊ cadere constructiones cū multitudine locustaꝝ ⁊ ꝓsperitatē pluuiaꝝ cū multis humiditatib⁹.

¶ Sermo in mamareth planetarum super saturnum.

¶ Et cum iupiter fuerit transiens super saturnum significat regē babylonie ꝛ familiā suā gaudere ꝛ mori quosdā reges ꝛ magnates ꝛ mortē multorum hominum ꝛ cadere discidium ꝛ odium inter eos cum bonitate aeris ꝛ ventoꝝ ꝛ prosperitatem esse messium. ¶ Et cum fuerit mars transiens super euꝫ significat illud mortē regis babylonie ꝛ vehementiā siccitatis in terra sua ꝛ mortē regis armenie cum fortitudine ventorum ꝛ multo puluere. ¶ Cum fuerit sol transiens super eum significat illud multas locustas ꝛ augmentum herbarum cum superfluitate pluuiarum ꝛ humiditatum. ¶ Et cum fuerit venus transiens super eum significat illud mortem cadere in homines ꝛ nimiā siccitatē ꝛ locustas ꝛ mediocritatem pluuiarum ꝛ multas aquas ꝛ ventos. ¶ Cum fuerit luna transiens super eum significat illud aborsum pregnataruꝫ ꝛ multas pluuias ꝛ humiditates ꝛ ventos.

¶ Sermo in mamareth iouis super planetas.



¶ Et cum fuerit ♃ trāsiens sup martē significat illud mortē inimicorum ꝛ principum ꝛ vehementiā frigoris. ¶ Et cum fuerit sup solē sigt illud pluuias fore ꝛ prosperitatem eaꝝ. ¶ Cuꝫ fuerit trāsiens super venerē sigt illud ꝙ ciues nigredinis incurrent infortunium vehemens ꝛ mortem regis babylonie ꝛ prosperum esse ciuitatū plurū regionuꝫ cum eo ꝙ erit terremotus. ¶ Cū fuerit trāsiens sup mercurium significat illud regem babylonie facere inimicis suis bonū ꝛ dabit eis ꝛ interfectionem duoꝝ regum montium ꝛ adrabigeꝫ: ꝛ ꝙ ciues orientis remouebunt regem babylonie a regno suo post multos nuncios inter eos: ꝛ multas pluuias ꝛ tonitrua ꝛ ventos ꝛ coruscationes ꝛ terremotus cum pauco nocumēto eius ꝛ pauca destructiōe eius. ¶ Et cū fuerit trāsiēs super lunā sigt illud prosperitatē aeris.

¶ Sermo in mamareth planetarū super iouem.

¶ Et cum fuerit mars transiens super iouem sigt morteꝫ regis babylonie ꝛ destructionem aldearū eius ꝛ inimicos vincere eos ciues ꝛ terrā eius ꝛ paucitatem pluuiarum ꝛ detrimentū aquarū in puteis ꝛ in alijs. ¶ Et cū sol fuerit trāsiens super eum significat illud paucas pluuias in pluribus terris. ¶ Cum fuerit venus transiens super eū sigt illud mortē regis babylonie ꝛ multa gaudia ciuiū regis albauueꝫ ꝛ feruorē inimicoꝝ super regem ꝛ mortem inimicoꝝ filij sui ꝛ ciues albauueꝫ facere insultum in arabes ꝛ mortem cadere in ciues nigredinis ꝛ eradic ꝛ mōtis. ¶ Et cum fuerit mercurius transiens super eum significat illud ꝙ in parte orientis ꝛ in parte vnde flat ventus oriētalis ꝛ in terra babylonie ꝛ in eo ꝙ est circa partes istas erunt bella magna cum multis ventis. ¶ Et cū fuerit luna transiens super eum significat illud multas humiditates.

¶ Sermo in mamareth martis super planetas.

¶Et cū fuerit mars trāsiens sup solem significat illud multas coruscationes. ¶Cū fuerit transiēs sup venerē significat illud mortē regis alhauuez ꝛ destructionez terre sue: ꝛ mortem quorundam mulierū regū: ꝛ multā cōbustionē ꝛ infortuniū ꝛ cōstrictiones ꝛ mēdatiū ꝛ rumores terribiles ꝛ locustas in pluribus terris cuz paucitate pluuiarū. ¶Et cū fuerit trāsiens sup mercuriū significat litigiū inter ciues haurestem ꝛ romanos ꝛ cōstrictionē regis in illo cū prosperitate esse romanoꝝ ꝛ destructionē ciuiū babylonie: ꝛ multā cōbustionē ꝛ paucitatē pluuiaꝝ ꝛ multum calorez in tempore suo. ¶Et cū fuerit transiens sup lunā significat illud mortem regis babylonie ꝛ nobiles illius discōuenire ꝛ expensionē censuū eius ꝛ mortez regis alhauuez ꝛ multā interfectionē ꝛ guerras in pluribus climatibus ꝛ quorundā capere alios: ꝛ multaz mortē in persis ꝛ romanis in terris montiū cū paucitate lupoꝝ ꝛ caristiā ferentiū onera ex bobus ꝛ camelis ꝛ alijs cum siccitate aeris ꝛ paucitate humiditatis.



¶Sermo in mamareth planetarum super martem.

¶Et cum fuerit sol transiens super martem significat illud paucitatem pluuiaruz. ¶Et cum fuerit venus transiens super eum significat nimiam cadere inimicitiam ꝛ odium inter homines cum multis pluuijs ꝛ tonitruis ꝛ coruscationibus. ¶Et cū fuerit mercurius transiens super eū significat illud ciues babylonie impugnare eos in parte meridiei ꝛ multā effusionē sanguinis inter eos ꝛ maior pars hominū facere exercitū contra ciues babylonie ꝛ mortem regis persie ꝛ destructionē pluriuz inimicoꝝ regum: ꝛ tristicias accidere hominibus sapientibus ꝛ mortē quorūdā: ꝛ ciues orientales impugnare ciues occidentales ꝛ multū detrimentum in pluribus regionibus: ꝛ locutiones seruoꝝ inhonestoruz in domibus orationis cum multis humiditatibus ꝛ superfluitate pluuiaꝝ ꝛ terremotus fore. ¶Et cum fuerit luna transiens super eum significat alterationē aeris ꝛ diuersitatem eius.

¶Sermo in mamareth solis super planetas.

¶Et cũ fuerit sol transiens sup venerẽ significat illud multas pluuias. ¶Et cũ fuerit trãsiens sup mercuriũ sigt illud nimiã mortẽ cadere in hoies cũ vehemẽti calore ꝛ durabilitate eius. ¶Cũ fuerit transiens super lunaꝫ sigt illud rectificationẽ aeris: ꝛ flatũ vẽtoꝝ venenosoꝝ.



¶Sermo in mamareth planetarũ super solem.

¶Et cum fuerit venus transiens sup solẽ sigt illud superhabũdantiã humiditatuꝫ. ¶Cum fuerit ☿ trãsiens super eũ sigt illud mortẽ cadere in ambulãtes ꝛ multas locustas cũ flatu ventoꝝ ꝛ caliditate eoꝝ. ¶Et cum fuerit ☽ transiens sup eum sigt illud paucitatẽ humiditatum.

¶Sermo in mamareth veneris super planetas.



¶Et cũ fuerit venus transiens sup mercuriũ sigt illud multas egritudines in militibus ꝛ nobilibus ex tussibus cum multa morte ob illã causam ꝛ potentiam mulierũ cum paucitate pluuiaꝝ ꝛ vehementi calore ꝛ tonitrua ꝛ coruscationes fore in tpe suo. ¶Cum fuerit transiens super ☽ sigt illud paucitatem pluuiarum ꝛ paucitatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♀

¶Et cum fuerit ☿ trãsiẽs sup venerẽ sigt illud captiuitatẽ ciuiũ eradie ꝛ mortẽ que adueniet in plura climata ꝛ precipue in militibus ꝛ multa bella ꝛ latrones ꝛ effu-

siones sanguinũ cũ ꝓsperitate aeris ⁊ mediocritate humiditatũ ⁊ corroboratione caloris in tpe suo. ¶ Et cũ fuerit luna transiens sup eũ sigt pluuias ⁊ humiditates.



¶ Sermo in mamareth mercurij super planetas.

¶ Et cũ fuerit mercurius trãsiẽs sup lunã significat nimiũ mortis casuz in hoibus cũ casu locustaꝝ ⁊ incessante ventoꝝ flatu.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ☿.

¶ Et cũ fuerit luna trãsiẽs super mercuriũ sigt illud casuz mortis i hoibus cũ paucitate hũiditatũ ⁊ incessãtẽ vẽtoꝝ flatũ cũ vehemẽti calore. Et qꝛ deo auxiliãte iã venim⁹ cũ eo ꝙ narrare voluimus. Cõpleam⁹ ergo dr̃iam quintã.



¶ Dr̃ia sexta in iudicio sup mamareth planetaꝝ eleuãtiũ alioꝝ sup alios cũ fuerint eqdistãtes signo ♍.

Postq̃ ꝑmisim⁹ igit in dr̃ia quinta cũ rememoratiõe sigtionũ mamareth planetaꝝ alioꝝ sup alios cũ fuerint eqdistãtes signo leonis. Tractemus ḡ in hac dr̃ia significationes eorum ꝰm illud cũ equidistant signo virginis.

¶ Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶ Dicam⁹ ꝙ cũ fuerit ♄ trãsiẽs sup ♃ sigt illud destructionẽ terre armenie ⁊ durabilitatẽ eius ꝑ tres annos cũ paucitate pluuiaruz ⁊ siccitate ⁊ supfluitate aquaꝝ

marium. ℭCum fuerit transiens super ♂ significat illud destructioné pluriũ partium terrarum cum vehementi frigore et durabilitate eius: et precipue in duobus temporibus conuenientibus ei: et multã morté pluriũ ex arboribus. ℭCum fuerit transiés super ☉ sigt illud siccitatem aeris. ℭCũ fuerit transiens sup ♀ sigt illud milites armenie moueri et prosperitaté pluuiarum et humiditatem. ℭCum fuerit transiens super ☿ significat illud ciues alhauuez multum impugnare inimicos suos: et morté aduenire quibusdã mulieribus regum: et exitum exeuntium qui eundo corrumpent terras et terminos earum cum superfluitate pluuiarũ: et multas inundationes: et vehementiã frigoris. ℭCũ fuerit transiens super ☽ sigt multas humiditates et pluuias.

ℭSermo in mamareth planetarum super ♄.

ℭEt cum fuerit transiens ♃ super ♄ significat illud plurium partium facere exercitũ contra terram romanorum et ipsos depopulari plures eorum aldeos cum destructione armenie: et multis infirmitatibus: et morté in hominibus cũ paucis humiditatibus: et pauco ventorum flatu: et prosperitaté esse seminũ et fortasse aduenie siccitas in terra alhauuez. ℭCũ fuerit ♂ transiens super eum significat illud multas congregationes: et vehementé caloré: et frigus in duobus temporibus eis conueniétibus et corruptioné locustarum ad plures redditus. ℭCum fuerit ☉ transiens super eum sigt illud pluuias fore et mediocritatem earum. ℭCũ fuerit ♀ transiens super eũ sigt illud multas diuersitates militũ armenie cum casu mortis et egritudinibus in hoies et pluuias et humiditates fore et reparationé earũ. ℭCum fuerit ☿ transiens super eum sigt illud ciues armenie facere exercitũ contra inimicos suos cũ superbia eorum in regiõibus: et destruere parté terrarum propter illas causas cũ vehemẽti frigore et inundationibus fluminũ. ℭCum fuerit ☽ transiens super eum sigt ciues armenie impugnare inimicos eorũ: et eos destruere maioré partem eorum et superfluitaté pluuiarum: et multas humiditates.

ℭSermo in mamareth ♃ super planetas.



ℭEt cum fuerit ♃ transiens super ♂ sigt illud mercatores dissipare census suos: et reparationem rerũ et destructionem maioris partis terre montium: et reparationem ciuiũ babylonie: et multos vétos in horis conueniétibus eis. ℭCũ fuerit trãsiens super ☉ sigt illud siccitaté aeris: et paucitaté pluuiarũ. ℭCũ fuerit trãsiés sup ♀ sigt illud romanos quosdã obedire regi suo: et ob id venire eis pena: et reparationé esse ciuiũ babylonie: et ipsos gaudere: et ciues alhauuez sequi nocumentũ: et partes eorum cũ lupis et paucitate pluuiarum. ℭCum fuerit transiens super ☿ significat illud ciues susuisten impugnare regnum romanorum: et euasioné pluriũ regionum et multos inquirere superbiã eius et incessante ventorum flatu. ℭCum fuerit transiens sup ☽ significat superfluitatem pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♃.

¶Et cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat illud mortē regis albauuez ꝛ reparationē esse regis babylonie: ꝛ apparentiā inimicitiarum ꝛ rixarū in eis: ꝛ forsasse cadet combustio cum superfluitate chorusca tionum ꝛ tonitruorum ꝛ augmentum aquaꝝ fluuiū. ¶Cum ☉ fuerit trāsiens super eum sigt humiditatem aeris. ¶Cuȝ fuerit ♀ transiens super eum significat mortem ꝛ vehementiam in regionibus nigrorum ꝛ babylonie cum incessatione romanorum : ꝛ multa semina in babylonia ꝛ paucitatē aquarum marium. ¶Cuȝ fuerit ☿ transiens super eum significat illud mortē regis babylonie: ꝛ ciues babylonie consequentur timorem ꝛ destructionem terraꝝ eius: ꝛ apparere sapientes ꝛ eos multiplicari cum superfluitate pluuiaruȝ: ꝛ paucitate seminū ꝛ herbarum: ꝛ multis inundationibus fluminuȝ. ¶Cū fuerit ☽ trāsiēs super euȝ significat illud regem romanoꝝ ꝛ persie ꝛ albauuez vincere regeȝ babylonie: ꝛ multā mortē inter eos cadere: ꝛ incurrent propter hoc nocumentū magnū: ꝛ siccitateȝ cuȝ eo ꝙ permutantur exercitus: ꝛ inimici ex parte mōtiuȝ ad partem nigredinis: ꝛ superfluitatem multarum aquaꝝ.

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas.



¶Et cum fuerit ♂ trāsiēs super ☉ significat illud siccitatē aeris ꝛ paucitatē humiditatis. ¶Cum fuerit transiens sup ♀ significat illud mortē quorūdā reguȝ ꝛ puerorꝝ ex mulieribus: ꝛ multis alterati ōibus: ꝛ cadere locustas ꝛ vehementē calorē in tēpore sibi conueniente. ¶Cuȝ fuerit transiens sup ☿ significat illud captiuitatē quorundā de terra babylonie ꝛ de parte montium: ꝛ effusionē sanguinū: ꝛ destructionē pluuiarū aquarum terrarum: ꝛ destructionē sedis magnatum: ꝛ multos latrones pati ab eis iniuriam: ꝛ seruos defraudare dominos suos: ꝛ deiectionē sapientū ꝛ vaticinatorum: ꝛ caristiam asinorum ꝛ boum: ꝛ multas locustas cū siccitate aeris: ꝛ paucitatem pluuiaꝝ: ꝛ multā annonā. ¶Cum fuerit transiens super ☽ significat illud superfluitatē pluuiaꝝ: ꝛ multas humiditates.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶Et cum fuerit ♀ transiens super ♂ significat illud multas humiditates. ¶Cuȝ ☉ fuerit transiens super eum significat illud pugnā regum: ꝛ sese interficere adinuicem: ꝛ multas cōmixtiones ꝛ nocumentum in pluribus regionibus. ꝛ mortē cadere in locustas cum paucitate pluuiaꝝ: ꝛ vehementi calore. ¶Cum fuerit ☿ transiens super eū significat illud expauefactionē occurrere persie: ꝛ morteȝ regis eius: ꝛ pauorem magnum qui aduenientet in maiori parte regionum cum caristia vaticinantium: cum mediocritate aquarum fluminū ꝛ ꝑpantia eaꝝ. ¶Cū fuerit ☽ transiens super eum significat multas humiditates.



¶Et cum fuerit ☉ trāsiens sup ♀ signat illud supfluitatē pluuiarū. ¶Cū fuerit trāsiēs sup ☿ signat illud ciues alhauuez timere romanos: ⁊ apparere scientias cū siccitate aeris: ⁊ paucitate humiditatis eius. ¶Cū fuerit trāsiens sup ☽ signat illud paucitatē hūiditatuz.

¶Sermo in mamareth planetarum super ☉.

¶Et cū fuerit ♀ trāsiēs sup ☉ signat illud superfluitatez pluuiaꝝ. ¶Cū fuerit transiēs ☿ sup eum signat illud multos redditus: ⁊ multas locustas cū multo vētoꝝ flatu ⁊ multitudine pluuiaꝝ. ¶Cū fuerit ☽ trāsiēs sup eū signat supfluitatē humiditatū: ⁊ multas aquas.

¶Sermo in mamareth ♀ super planetas.



¶Et cū fuerit ♀ trāsiēs sup ☿ signat illud ciues alhauuez impugnare romanos: ⁊ sciētias apparere ⁊ spinas cū multis pluuijs ⁊ tonitruis ⁊ coruscatiōibus ⁊ augmēto fluminū. ¶Cū fuerit trāsiēs sup ☽ signat illud supfluitatē pluuiaꝝ ⁊ multas supfluitates.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ sup ♀.


¶Et cū fuerit ☿ trāsiens sup ♀ signat illud casuz regis romanorū: ⁊ regis arabuz a sede sua: ⁊ exercitus se mouere ad quasdaz terras: ⁊ rumores terribiles cadere in hoīes. ¶Cū fuerit ☽ trāsiēs sup eā signat illud pugnā cadere inter ciues psie ⁊ romanoꝝ: ⁊ multos paupes ⁊ latrones: ⁊ pgnātes pati abortum: ⁊ caristiā asinoꝝ: ⁊ mortē boum: ⁊ multas humiditates ⁊ aquas cū paucitate messiū ⁊ seminū: ⁊ pcipue in terra persie ⁊ romanoꝝ.

¶Sermo in mamareth ☿ super planetas.



¶Et cũ fuerit trãsiẽs ☿ sup ☽ sigt incessantẽ vẽtoꝝ flatũ. ¶Sermo in mamareth planetaꝝ sup ☿. ¶Et cũ fuerit ☽ trãsiẽs sup ☿ sigt mediocritatẽ pluuiaꝝ ꝛ humiditatũ. Postq̃ʒ g̃ venimus qđ narrare volumus. Cõpleamus g̃ dĩam sextã.

¶Dĩa septima i iudicio sup mamareth eleuãtiũ planetaꝝ alioꝝ sup alios cũ fuerint eqdistãtes signo ♎.



Postq̃ʒ ergo pmisimus in dĩa sexta rememorationẽ sigtionũ mamareth planetaꝝ alioꝝ super alios cũ fuerint eqdistantes signo ♍. Tractemus g̃ in hac differentia significationes eorum ẽm illud cum fuerint equidistantes signo ♎.

¶Sermo in mamareth ♄ super planetas.



¶Et cũ fuerit ♄ trãsiẽs sup ♃ sigt illud multas causas egritudinũ: ꝛ infirmitates accidere ex tussibus ꝛ multo labore ꝛ fatigatione: ꝛ precipue in regionibus arabũ cũ paucitate pluuiaꝝ. ¶Cum fuerit trãsiẽs sup ♂ sigt illud cadere discidium iter reges cũ tpantia hyemis: ꝛ paucitate frigoris eius. ¶Cũ fuerit trãsiẽs sup ☉ sigt illud siccitatẽ multã ꝛ famẽ in pluribus terris cũ superfluitate pluuiaꝝ ꝛ fortasse tẽperabit: ꝛ mortẽ pueroꝝ. ¶Cũ fuerit trãsiẽs super ♀ sigt illud psperitatẽ hoĩuz: ꝛ multas locustas cũ paucitate pluuiaꝝ. ¶Cũ fuerit trãsiẽs super ☿ sigt illud multã siccitatẽ in pluribus climatibus cũ superfluitate pluuiaꝝ ꝛ incessante vẽtoꝝ flatu. ¶Cũ fuerit trãsiens su=

6-

per ☽ sigt illud multã siccitatẽ ꝛ famẽ in pluribus regionibus ꝛ reparationẽ eaꝝ.

¶Sermo in mamareth planetarum super ♄.

¶Et cũ fuerit iupiter trãsiens super ♄ significat illud romanos pugnare inter se: ꝛ multam fieri cedem in eis: ꝛ cõmotionem inimicorum: ꝛ eos destruere plures regiones: ꝛ fortitudinẽ siccitatis ꝛ pluuias deesse. ¶Si fuerit ☉ transiens super euz significat illud reges inter se pugnare: ꝛ mortẽ quarundã mulierum regis babylonie: ꝛ multos inimicos cum pulcritudine herbarum: ꝛ superfluitatem pluuiarum ꝛ reparationẽ earum: ꝛ pulchrum esse messium. ¶Quando fuerit ♂ transiens super eum significat bella regũ vnius cum alio: ꝛ mortem mulierũ regum: ꝛ multas herbas: ꝛ paucas pluuias. ¶Cuz fuerit ♀ transiens super cuz significat illud reges pugnare inter se: ꝛ multas herbas cum superfluitate pluuiaꝝ ꝛ mediocritem flatus ventorum. ¶Cum fuerit mercurius transiens super eum significat illud ꝙ aduenient impedimenta inter reges ꝛ magnates cum superfluitate pluuiarum: ꝛ mediocritate flatu ventorum. ¶Cum fuerit ☽ transiens super cuz significat aborsum pregnatarum: ꝛ superfluitatẽ pluuiaꝝ ꝛ humiditatũ ꝛ multas messes.

¶Sermo in mamareth ♂ super planetas



¶Et cum fuerit ♂ transiens super ☉ significat multas guerras in babylonia ꝛ iniurias ꝛ mẽdacium hoĩum adinuicẽ cũ ꝑpantia aeris: ꝛ declinationẽ eius ad calorẽ ꝛ siccitatẽ ꝛ vehementiã frigoris in tempore suo: ꝛ validitatẽ vẽtorũ arbores eradicantium ꝛ palmas. ¶Cũ fuerit trãsiens sup ♀ significat illud guerras necnon captiuitatẽ fore in parte alhauuez: ꝛ ciues montium nimiũ facere exercitũ inimicis eoꝝ: ꝛ apparere nocumentum ꝛ cõbustionẽ cũ paucitate pluuiaꝝ. ¶Cũ fuerit transiens sup ☿ significat illud mortẽ quorundã filioꝝ regis: ꝛ multos timores aduenire hoĩbus ciuibus regionum: ꝛ ciues montiũ facere exercitũ ciuibus cuzusten ꝛ cadere belluz inter eos: ꝛ ciues partis oriẽtis impugnare ciues partis occidentis: ꝛ destructionem pluriũ aldearum arabum: ꝛ mortẽ dominoꝝ eoꝝ: ꝛ mortẽ cadere mul-

tã in homines: ⁊ caristiã boum: ⁊ paucitatem pecoꝝ: ⁊ destructionẽ legũ ⁊ ecclesiaꝝ ⁊ fabricationis earum cum paucitate pluuiaꝝ in principio temporis conuenientis ei: ⁊ multa nubila ⁊ tonitrua ⁊ chorușcationes: ⁊ diminutionem aquaꝝ in fluminibus ⁊ siccitatem earum. ¶ Cum fuerit transiens super ☽ significat illud mortem regis babylonie cum eo ꝙ scandalum patientur nobiles eius: ⁊ expansionem cẽlus eorum: ⁊ mortem regis alhauuez: ⁊ multas guerras: ⁊ interfectionẽ ⁊ mortẽ in ꝑsia: ⁊ romanis ⁊ ciuibus montiuꝫ: ⁊ multã luporuꝫ rapacitatẽ: ⁊ caristiã trahentiuꝫ onera sicut boues ⁊ cameli ⁊ alia cum multitudine inimicorum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super ♂.

¶ Et cum fuerit ☉ transiens super ♂ significat multas iniurias in babylonia fieri: ⁊ mendacium ⁊ guerras sine veridicatione hominum adinuicem cum humiditate aeris: ⁊ vehementi calore in tempore suo. ¶ Cum fuerit ♀ transiens super euꝫ significat mortem quorundam regum: ⁊ multas guerras in regione cũ superfluitate humiditatum. ¶ Cum fuerit ☿ transiens super eum significat illud destructionem esse ciuium babylonie: ⁊ prosperum esse ciuium romanoꝝ: ⁊ cadere cõbustionẽ in aldeis arabũ cũ multitudine nubiloꝝ ⁊ superflutate pluuiaruꝫ ⁊ terremotus ⁊ similia fore in principio conuenientis ei: ⁊ paucitatem in fine eius. ¶ Cum fuerit ☽ transiens super eum significat illud multas aquas ⁊ humiditates.

¶ Sermo in mamareth ♃ super planetas.



¶ Et cum fuerit ♃ transiens super ♂ significat illud vehementiam gaudiorum regis babylonie cum destructione inimicorum suorum ⁊ rectificatione plurium rerum suarum: ⁊ latrones inuenire de censu inimicorum: ⁊ multas nubes. ¶ Cum fuerit transiens super ☉ significat illud nimiam aeris siccitatem. ¶ Cum fuerit transiens super ♀ significat illud infortunium ⁊ angustias consequi ciues nigredinis: ⁊ prosperum esse ciuibus babylonie: ⁊ multas commixtiones

in armenia: ꝛ destructioné arabũ cum multis terremotibus: ꝛ bonũ esse messium. ℭCum fuerit transiens super ☿ significat illud salutem fore in plurimis regionibus ꝛ consequentium bonitatem cum incessante ventoꝝ flatu. ℭCum fuerit transiens super ☽ significat illud paucitatem humiditatum: ꝛ siccitatem aeris.

ℭSermo in mamareth planetarum super ♃.

ℭEt cum fuerit ♂ transiens super ♃ significat multos timores hominum: ꝛ odio se habere adinuicem: ꝛ maliciam esse mercationum cum multis pluuijs ꝛ tonitruis ꝛ choruscationibus. ℭCum fuerit ☉ transiens super euꝫ significat illud pluuias fore ꝛ temperantiã earum. ℭCum fuerit ♀ transiens super euꝫ significat illud prosperum esse mercationum: ꝛ multas febres aduenire hominibus ꝛ egritudines melancolicas: ꝛ caristiam annone ꝛ destructionem messium in armenia ꝛ fortasse reparabitur: ꝛ multas pluuias ꝛ humiditates. ℭCum fuerit ☿ transiens super eum significat illud morté regis persie ꝛ romanorũ: ꝛ multos latrones ꝛ abscisores viaꝝ maliciosos: ꝛ interfectionem quam consequentur mercatores ab eis: ꝛ timoré q̄ accidit in pluribus climatibus: ꝛ siccitatem cum validitate ventorum. ℭCũ fuerit ☽ transiens super eũ significat illud superfluas humiditates ꝛ multitudiné earum.



ℭEt cum fuerit sol transiens sup̄ veneré significat illud multa nubila ꝛ paucitateꝫ pluuiarum. ℭCum fuerit trãsiens sup̄ mercuriũ significat illud detriméta q̄ aduenient scriptoribus ꝛ villicis cũ superfluitate pluuiaꝝ. ℭCũ fuerit trãsiés sup̄ lunã sigt illð aduẽtũ nũciationũ cũ multis rumoribꝰ terribilibꝰ ꝛ bonã aeris cómixtioné.

ℭSermo in mamareth planetarum super solem.

ℭEt cum fuerit venus transiens super solé sigt illud multos humores ꝛ superfluitaté pluuiaꝝ. ℭEt cum fuerit mercurius transiens super eum sigt illud incessanté ventorum flatũ ꝛ superfluitaté humiditatum. ℭEt cum fuerit luna transiens sup̄ eũ significat illud multas humiditates.

ℭSermo in mamareth veneris super planetas.

¶Et cum fuerit venus trāsiens super mercuriū sigt illud mortē regis babylonie ⁊ salutē plebis: ⁊ regē romanoꝝ facere exercitū cōtra thurcos ⁊ terrā alhauuez ⁊ eos depreda re regna eoꝝ ⁊ impugnare eos: ⁊ superfluitatē pluuiaꝝ ⁊ multas aquas ⁊ inundationes fluminū. ¶Cū fuerit trāsiēs sup lunam sigt illud tpantiā aeris ⁊ paucitatē pluuiaꝝ.



¶Sermo in mamareth planetaꝝ sup venerē. ¶Et cū fuerit ☿ trāsiēs sup ♀ sigt illud bella cadere iter romanos ⁊ thurcos ⁊ romanos: ⁊ cives mōtiū facere exercitū ɔtra armeniā: ⁊ mortē: ⁊ flumina cadere i plura climata cū superfluitate pluuiaꝝ ⁊ tpantia caꝝ. ¶Cū fuerit luna trāsiēs sup eā sigt illd psperitatē pluuiaꝝ ⁊ multas humiditates.



¶Sermo i mamareth mercurij sup planetas. ¶Et cū fuerit mercurius trāsiēs su lunā sigt illud meliorationē esse pluuiaꝝ. ¶Sermo i mamareth planetaꝝ super mercuriū. ¶Et cū fuerit luna trāsiēs sup mercuriū sigt illd multas pluuias: hūiditates: ⁊ iundatiōes. Postq̄ꝫ ḡ venimus super illud ꝙ narrare voluimus Compleamus ergo differentiam septimam.

¶Dria octaua i iudicio sup mamareth planetaꝝ eleuātiū alioꝝ sup alios cū fuerit eqdistātes signo ♏.



Ostq̄ꝫ ergo venim⁹ in dria septima cū rememoratione sigtionū mamareth planetaꝝ alioꝝ sup alios cū fuerit eqdistātes signo libre. Tractem⁹ ḡ i hac dria rememorationē significationū eoꝝ cum fuerint equidistantes signo scorpionis.

¶Sermo in mamarith iouis super planetas.



